

Lodewijk Bils de

Ludovici De Bils Anatomici celeberrimi Responsio Ad Epistolam Tobiae Andreae, tum Prof. Medicinae in Acad. Teutoburgensi, qua ostenditur Versus usus vasoru[m] hactenus pro lymphaticis habitorum. Juncta simul est Historia memorabilis eorum quae Auctori, occasione balsamationis sibi peculiaris, in Brabantia, & potissimum Lovanii, evenerunt ...

Quae excusa Rotrodami anno 1669. nunc recusa & a plurimis mendis repurgata, Marburgi Cattorum: Schadewitzius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768574250>

Druck Freier  Zugang





M. 12/5.

LUDOVICI DE BILS

Anatomici celeberrimi

RESPONSIO

ADEPISTOLAM

TOBIÆ ANDREÆ, tum Prof. Medicinæ in

Acad. Teutoburgensi,

quâ ostenditur

Verus usus vasorū hæcenus pro lymphaticis habitorum.

Juncta simul est

*Historia memorabilis eorum quæ Auctori, occasione
balsamationis sibi peculiatis, in Brabantia, &
potissimum Lovanii, evenerunt,*

Quæ excusa Roterodami anno 1669. nunc recusa

& à plurimis mendis repurgata.

Accedunt demum

I. TOBIÆ ANDREÆ ejusdem, nunc Medi-
cinæ Prof. in Almâ Electorali, quæ est ad Viadrum, *Breve*
extractus actorum in cadaveribus Bilsianâ
methodo præparatis.

II. SAMUELIS ANDREÆ *Epistola* ad eun-
dem T. ANDREÆ *de balsamationibus veterum* seu
ritu condiendi cadavera apud Veteres.

Omnia cum Præfatione

V. C. JOH. JACOBI WALDSCHMIEDII.



MARBURGI (ATTORUM,

Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typogr.

Anno MDCLXXVIII.

Ad Lectorem.



Rodit nunc denuo magnô cum
Artis nostræ emolumentô Methodus
Bilsiana balsamandi corpora, quæ no-
vis experimentis aucta reviviscit sub
laboribus indefessis VIRI *Experien-*

*tissimi, Domini TOBIÆ ANDREÆ,
Medicinæ Doctoris ejusdemq; in Electorali Acade-
mia ad Viadrum Professoris longè Celeberrimi. Re-
viviscit inquam Ars hæc balsamandi nescio qua tem-
poris injuria prioribus annis si non sepulta, saltem ini-
quis judiciis exposita & tandem oblivioni tradita. Vide-
bis, Lector Benevole, hoc in compendio quid actum
sit, videbis quomodo Ars hæc immortalitate digna
nunc secundam, nunc adversam experta fuerit sortem.
Ecquis non dicet unico etiam hoc invento Artem Me-
dicam ad summum celebritatis culmen & honoris fa-
stigium evehi posse? Si enim affluentium humorum
luxuria & inexpectata inundatio hæctenus cultrum
Anatomicum impedivit: Si cadaverosa flacciditas se-
cantis retardavit manum; Si denique Putrilago mor-
tis pedissequa oculis obicem posuit vel nares offendit,
Artem*

Artem hîc habes, beneficio cuius hæc omnia facili negotio evitari possunt. Neque dubitandum est, quin Artis hujus beneficio plura vel sepulta vel caligine involuta in apricum deduci possint. Nota equidem jam sunt aliquot Cl. Virorum experimenta, quorum ope corpora à putredine servantur, quo de KERKRINGIUS & JOHANN BAPTISTA DENYS legi merentur; attamen nemo, quantum ego quidem scio, ausus fuit hanc polliceri integritatem vel conservationem, ut mediò etiam sub firio, non obstante calore depascente aut temporis diuturnitate, Anatomicæ dissectiones lento gradu cum spe & patientia institui possint. Laude itaque sua dignus hic est labor, & optandum, ut Ars hæc ab Amplissimo *Naturæ Curiosorum Collegio* redimeretur, ne, quod metuendum, tandem æternæ tradatur oblivioni. Vos itaque omnes, quibus cordi est incrementum Artis Medicæ, compello, ut eatis in consilium, deliberaturi, quò præmiò Celeberrimus Artis hujus Auctor invitari possit ad manifestandum secretum hæcenus omnibus ignotum, à multis quæsitum, nemine inventum. Valete. Dabam hæc festinanti calamo in Aula Cassellana die 19. Martii 1678.

JOH. JACOB Waldschmied/
Doctor, Archiater & Professor in
Academia Marpurgensi-Ord.

Epi-

Ad Nobilissimum

LUDOVICUM DE BILS.

ex Belgico idiomate translata.

Vir Nobilissime &c. Domine & Amice colendissime:



Onor quo me, Nobilissime Domine, dignatus es afficere, non solum me visitando & in numerum tuorum amicorum suscipiendo, sed precipue me de diversis notabilibusq; rebus Anatomian concernentibus informando, tuamq; sententiam de variis questionibus Tua Nobil. à me propositis detegendo, me animat, ut denuo Tua Nobil. molestiam creem porroq; informationem de hoc vel illo petam. Nuper sermo mihi fuit cum Doctore quodam Medicina hujus loci, de admirabili Tua Nobil. anatome, qua manuducit ad minimas quoque partes, quas oculus non satis curiosus, vel non videt, vel ut simplices considerat, cum tamen duplices vel multiplices existant, atque ita ulterius discurrendo de duplici tunica, qua famosa illa vasa lymphatica pradita esse Nobil. Vir tandem invenit, & de disputatione qua Tibi eam ob causam cum aliis intercessit, petiit à me pradielus Dominus, ut ipsi indicarem cursum quo liquor iste ex vasis lymphaticis à Tua Nobil. inventis potest & debet in vasa fermentifera ferri. Retuli ipsi de eo quantum adhuc in recenti memoria eras, sed quia nobis, qui hic vivimus non tantopere sunt cognita nomina illa Belgica, quibus Vir Nobil. partes corporis exprimit, imò res ipsa idcirco sit obscurior, dubito an Tuam mentem bene perceperim atque pradieto Domino communicarim, quod doleat vel eo nomine, quòd Tuam mentem, Vir Nobil. forsan in detrimentum alio quòd Tua bona fama immutassent. Hec ratio est quare meam responsonem, aut potius conceptum, quem de hac refeci, Tibi Vir Nobil. his referam, quòd Tua Nobil. placeat per ocium mihi notum facere, an mentem Tuam bene perceperim; aut si non, ut placeat mihi eam scripto aliquo plenarie communicare. Responso igitur mea erat circiter talis, quòd vasa lymphatica, prout vulgò ab omnibus Anatomicis nominantur, duabus gaudeant tunicis, inter quas se innumerabilia eaq; valde exigua & subtilia vasa disseminant, qua simul sumpta visaq; fibrillosam substantiam musco arborum similem, representant; quodq; illa subtilem liquorem vehant, quem proprie lympham vel rorem esse Nobil. Dom. statuit; sed quòd pradieta vascula quicquid liquoris hujus non potest huic aut illi parti agglutinari, transmittant in canalem aut vas ali-quod, in se multas valvulas continens, ita dispositas ut influentem liquorem retrorsum versus committant, at non è contrario ad exteriora reverti permit-

A

tant.

ant. Quod etiam ordinariè hic liquor distillet ex glandulis, quarum extrema tunica, est praeclara supra, quae se circa glandulam distribuit illamque circumvestit, inde ad alias partes se extendens, dum interim huius liquoris ex subtilissimis illis vasculis exstillantis pars illa, quae, uti dictum, huic aut illi parti non potest agglutinari, per glandulas tanquam per chartam emporietis cam aut simile filrum transfluens, à crassiusculis suis particulis liberatur, hocque modo subtilisata in praedictum canalem aut vas, quod illas valvulas continet, congregatur. Porro quod succum hunc subtilisatum Vir Nobil. non vocet lympham cum reliquis Anatomicis, sed fermentum, quia nutritioni sanguinis ejusque fermentationi inservit, quodque idcirco vasa, quae vulgò lymphatica dicuntur, significantius à T. Nobil. per nomen vasorum fermentiferorum exprimantur. Sed hic mihi ulterius succurrit dubiumque reddidit, an bene memoria mea imprefferim illud quod mihi Nobil. Vir de distributione horum vasorum fermentiferorum retulit; nimirum, an illa omnia suum fermentum tandem emittant in ductum thoracicum, ut inde in cor directè fluat ad augmentum sanguinis, aut anne per multas diversas partes suum fermentum quoque distribuunt. Nam (si rectè memini) Nob. Vir mihi retulit, quod minima pars horum omnium vasorum ad conficiendum sanguinem concurrat, quod cum praedictis non videtur bene consentire. Querere liberet nil minus, an hac distributio huius fermenti se ita etiam haberet per testes & renes (quia etiam inter glandulas numerantur) uti quoque per glandulas mammarias & salivales & sic porro per omnes? Ad decem equidem adhuc unam aliamve quaestionem, sed nolo una vice Tua Nobil. eousque molestus esse, nihilominus hoc adjicere debeo, ut peram quod Tua Nobil. placeat simul mihi notum facere, an certum sit, Dominum Gutschovium diem suum obiisse ut percepimus, cum quo morbo, quaque morte huic mundo sit ereptus. Principaliter verò, quomodo jam res Tue Lovanii se habeant. Nam annon vereris Vir Nobil. ne post Domini Gutschovii obitum, illa quae in secreto de celeberrima tua arte consignasti & Archivis Bruxellensibus concredidisti, aliis tradantur, qui forsitan vel studio, vel per inconsiderantiam (quamvis impossibile esse videatur, quod ita rem istam conceperint sint uti illam Tua Nobil. ore tenus Domino Gutschovio proposuit eumque de ea informavit) illam palam faciant & divulgent, quod in detrimentum Tua Nobil. foret? Aut an speras quod D. D. Ordines Brabantiae illa scripta non facile ex Archivis aliis tradent? Vellem libenter ut etiam hac in parte curiositati meae Tua Nobil. satis faciat, quò ob hoc etiam rationes novas habeam profitendi meae Tua Nobil. ad summa obligatum esse & manere

Duyiburgi ad Rhenum
1668, die 17. Iulii,

Tuae Nobilit. Officiosissimum
TOBIAM ANDREAE,
Responso

Responsio LUDOVICI DE BILS Domini à Coppensdamme,
Boonem &c. Pratoris Civitatis & Territorii Aerdenburgici,
nec non Professoris Honorarii Universitatis Lovaniensis, ad lite-
ras ad ipsum datas & nuper transmissas à Celeberrimo & Cla-
rissimo Viro D. TOBIA ANDREÆ, Professore Medicina &
Philosophia in Electorali Academia quæ est Duysburgi ad Rhenum,
quæ ostenditur verus usus vasorum hæcenus pro lymphaticis ha-
bitorum; cum adjuncta delineatione suorum Actorum Anatomico-
rum. Pariter ex Belgico translata.

DOMINE & Amice.



LITERAS Tux Claritatis gratissimas, 17. Julii hujus
 currentis anni 1668. conscriptas, justo tempore & be-
 ne curatas accepi, ad quas (humanissima tua & civili sol-
 licitatione me obstringente) non potui intermittere, quin
 ad Tux curiositati meoque officio satisfaciendum (quan-
 tum ratio præsentis temporis naturaque rei his contentæ
 permittere potuit) summarie præsentibus respondeam.

Dico igitur primò, quantum spectat motum cursumque humoris per
 vasa lymphatica, de quo Claritas Tua veram informationem petit, quòd
 illa quæ hæcenus sub nomine vasorum lymphaticorum veniunt vasa (uti id
 Dominus ante hæc ex discursu meo bene observavit, & multò meliùs, quàm
 ex novissimo tractatu Experientissimi Domini Gualteri Needam de For-
 mato Fætu animadverto, quòd prædictus Dominus, præter alios, ex scri-
 ptis meis editis perceperit) quòd, inquam, duas tunicas habeant, & quòd
 inter illas inveniuntur innumerabilia, exigua & subtilia roris sive lymphæ
 vascula, ad instar fibrillarum, quarum ^{*} constitutio valde similis est con-
 venitque cum musco arborum; quòdque hæc in se contineant liquorem
 aliquem nutritium pro omnibus corporis, qui nullis valvulis in suo cursu
 impeditur; moveturque ille liquor à centro corporis ad illius circumferen-
 tiam, ita quidem ut revertens liquor per interiorem canalem horum vaso-
 rum rotiferorum, in quo ferè ubique valvulæ inveniuntur, nullo modo ros
 vel lymphæ vocari debeat, sed potius fermentum. Quapropter ego pro-
 priò motu vasa hæc ob id vasa fermentifera denominavi. Hoc fermentum
 ad sanguinis conservationem & fermentationem inservit, hujusque motus

A 2

est

* *Lymphatica*
sap.
 * *Ferment sap.*

est planè contrarius roris aut * *lymphæ prædictæ*, nimirum ab exterioribus ad interiora, transfunditurque tandem hoc * *fermentum* ex dictis vasibus in sanguinem, scilicet in venas jugulares, vel aliàs ubi separationes jugularis & axillaris inveniuntur; uti etiam in thoracem, & inferius in ventre in cisternam sive receptaculum &c. ut per ductum thoracicum, qui est vasorum fermentiferorum maximum, ulterius in sanguinem usque transvasetur & cum eo misceatur.

Quòd autem tam lymphatica quàm fermentifera hæc mea vasa hoc modò sint constituta, ad oculos clarè demonstrare possum, uti id jam D. D. Doctoribus Stalpartis van der Wiele multisque aliis ostendi in quadam glandula ex collo canis desumpta, in qua ipsis monstrabam, quomodo hæc roris aut lymphæ vasa muscosam suam substantiam circumscirca illam glandulam inter duas tunicas propagent, & quomodo in infima parte hujus glandulæ initium suum capiat vas fermentiferum quod huic vasi rorifero inclusum, interiorè canale constituit: Uti etiam ejus valvulas; & insuper canale hunc interiorè sive vas fermentiferum ex æquo, quod erat ductus thoracicus; & in eo ostendi, quòd adhuc alterius formæ valvulæ, quàm hæctenus cognitum fuit, existant.

Secundò quæritur, an omnia prædicta vasa fermentifera suum fermentum tandem in ductum thoracicum excernant, ut inde directè ad cor feratur, atque hoc pacto sanguinem augeat & fermenti loco illi existat, vel an etiam suum fermentum multis aliis partibus communicent? Responsi loco sit, quòd Domino olim oretenus notificarim, quòd maxima pars succi venarum lactearum se exoneret inter tunicas tam venarum, arteriarum, vasorum roriferorum, membranarumque, * *quàm alias partes quæ in mesenterio inveniuntur*, ut ita vehatur ad omnes partes corporis tam internas quàm externas, &c. Quippe in gravidis etiam fœtus non nutritur sanguine, sed succo nutritio, qui fœtui offertur, uti etiam à liquore, quem membrana Amnios includit, & qui non est urina aut sudor, uti à quibusdam tam olim quàm nunc fuit judicata; Quòd vel nuper vidimus in ædibus D. Doctoris Stalpartii van der Wiele Med. D. & Anatomici Hagæ-Comitis, in recens nato infante, in quo ab ipso ostendebatur, quòd Urachus, sive putatitius ille urinæ ductus, nullam planè cavitatem habeat per quam urina ex vesica in membranam Amnios posset venire.

* *als anders in*
mesenterium
off SCHELL,
behandelt

Reliqua & minor pars succi venarum lactearum mittitur per ductum * *in dextrorog* thoracicum * *in anfractum vel gyrum* ut inde in venam jugularem sinistram & in sanguinem transfundatur. Præter hæc vasa jam recensita sunt alia
 que

quæ se non in sanguinem exonerant, uti ductus Virfungianus, qui se in intestinum duodenum effundit; tum ductus salivales, quorum succus & sputum, non minus ac succus qui in ductu Virfungiano invenitur, fermentationem habet. Scilicet saliva in ventriculo, & hic succus in intestinis.

Ex enarratis Tua Cl. colliget, quod non rectè me intellexerit, dum putavit ex me percepisse, quod minima pars vasorum fermentiferorum concurrat ad elaborationem sanguinis, quia nil aliud à me dictum est, quàm quod minima pars venarum lactearum suum succum in sanguinem effundat.

Quod porrò concernit quæstionem, an distributio hujus fermenti etiam fiat per testes, renes, mammæ, glandulas salivales &c. ad illam respondeo, quod glandulæ salivales suam salivam vel fermentum in os emittant; quod residuum quod per testes, mammæ, aliasque glandulas redit, ad cisternam vel receptaculum &c. vehatur. Uti superius retuli, quod fermentum ab omnibus corporis partibus, se rursus per vasa fermentifera in sanguinem transfundat; sed ductus toriferi rorem ad testes transportant, ut inde semen elaboretur, & ad mammæ, ut lac fiat; ut hinc pateat, quod ex sanguine semen, lac, saliva &c. non conficiatur. Videat Tua Cl. ex pag. 74. tractatus curiosi de virorum organis generationi inservientibus, à Celebrissimo Domino Regnero de Graeff. Med. D. Delphis Batavor. habitante nuper edito, quos discursus in superius laudati Domini Joh. Stalpartii vander Wiele ædibus, de feminis generationi; uti etiam de lactis, salivæ &c. mutuo habuimus, quia nominatus D. de Graeff ex opinione tam veterum quàm hodiernorum scriptorum judicabat, quod semen, lac, saliva &c. ex sanguine elaboratur; in qua opinione Vir Cl. dicebat se persisturum, donec ipsi ostendissem, quod ros juxta meam secandi methodum ad testes, glandulas mammarias ductusque salivales &c. feratur; sed nec præsens temporum rerumque constitutio, nec ipsa natura præsentis hujus negotii mihi permittit, ut me juxta meam demonstrationem ulterius explicem. Attamen hoc in transcurso dicam, quod omnes illi, qui semen, lac, salivam & succum nutritionum pro foetu &c. ex sanguine derivare volunt, nec per ullum calculum Mathematicum; nec per Philosophiam & scientiam; nec per demonstrationem Anatomicam, vias, quæ huc juxta illorum opinionem inserviunt, certò demonstraturi sint, multò minùs meas tollent; in quam meam sententiam alii Anatomici & inter illos prælaudatus D. Joh. Stalpart, non minùs Anatomicus expertissimus, transit. Porrò ut plenius curiositati Tux Cl. satisfaciam, adjungam experimentum, quod nuper

nuper fecimus in ædibus hujus Domini Joh. Stalpart, ubi præfente Domino D. Cornelio Stalpart van der Wiele hujus fratre; & Cornelio van Sölingen Chirurgo, nobis exhibebantur arteriæ crurales, quæ ante tres menses in ventre canino vinculis constrictæ & postea dissectæ erant, in quibus sanguis non inveniebatur, sed planè erant contractæ & angustæ redditæ, notabaturque simul, quòd tunicæ harum dictarum arteriarum post dissectionem & dissectionem suam, rursus coaluerint, in cujus dissectionis factæ medio in utraque arteriæ parte tuberculum aliquod duriusculum inveniebatur, sic ut pars illa omni carnosâ substantiâ destituta conspiceretur. Unde porro perenda solutio quæstionis, quæ moveri posset, de viis per quas ductus rotiferi suum rorem ad illas partes veherent, si arteriis dissectis illarum tunicæ essent disruptæ.

Denique quod concernit nuncium de obitu Domini Gutschovii, ut etiam hac in parte Tux Cl. satisfaciat, responsum habe, quòd hic D. Gutschovius, Professor Anatomix & Matheseos dum viveret in Universitate Lovaniensi, Vir in dictis Facultatibus & Scientiis, nec minus in Philosophia & tota Medicina excellentissimus, fatis cesserit Liex 4 Maii hujus anni, veniens Gandavo ubi Vir ille Clarissimus ordini Canonicorum S. Baëstii insertus erat.

Quòd si hic Dominus diuturniore vita gavilus fuisset, nec mihi cum ipso post reditum Sylva-Ducis multa incommoda supervenissent, quum ex mandato Præpot. D. D. Ordinum General. fœderati Belgii inquisiveram in cadaver Domine Valckenisse, Abbatissæ dum viveret Monasterii in Oorschot, quæ inter Sanctas recepta erat, quia illius cadaver absque ullo adminiculo medicamentorum contra corruptionem præservantium, longo tempore à puncto mortis incorruptum mansisse ferebatur; Et quidem quòd Dominus Gutschovius mecum de vera conditione cadaveris prædicti testimonium dederat, quale à me mandatum Præpotentum D. D. Ordinum 13. Julii, 1663. datum postulabat; quamvis hoc testimonium contrarium esse inveniebatur illi à Doctoribus & Professoribus Medicinæ Universitatis Lovaniensis, & nomine tenus à D. M. de Ophem. P. Doorlinx & F. Plempio, 1658, 11. Jun. dato. Quòd si inquam hinc incommoda multa non fluxissent, magnos progressus jam fecissemus in conscriptione nostræ Anatomix, additis figuris hanc spectantibus. Quippe Bruxellas veniens percepi quòd ob recensitam rationem quæstiones motæ erant, sustinebaturque quòd Domino Gutschovio notitia mea Anatomica non esset concedenda, quòdque ipsi fides propter
jura.

juramentum deponendum haberi non posset, cum tamen ille (quod juxta
15, articulum Contractus inter D.D. Ord. Brabantiae & me initi require-
batur) si requisitum juramentum praestitisset, satisfecisset. Nam quia Excell.
sua D. Marchio de Caracena solum Dominum Gutschovium inter tres à
D.D. Ordinibus Brabantiae tunc temporis propositos elegisset & idoneum
esse judicasset, cui cognitio mea Anatomica aperiretur, nihil amplius con-
tradocere potuerunt, quam Dominum Gutschovium teneri, priusquam
juramentum illud praestaret, specimen edere & ostendere illa omnia, quae
ipsi à me prius monstrata erant, quod tamen adversabatur conditionibus
praenominati contractus. Hæ molestiae post hæc ipsi pariebant (uti & e-
go non minimum illius sensu) magnum cordolium, magnamque moesti-
tiam, praesertim quia ipsius fides suspecta habebatur, ut ne jurato quidem
credi deberet nisi injectum specimen edidisset.

Tenebatur hic saepius laudatus Dominus Gutschovius, juxta 7. & 8. art.
praenominati contractus, cognitionem, quam ex mea informatione ac-
cepturus esset, Latino stylo conscribere, ut hoc scriptum manuum nostra-
rum subscriptione & sigillis nostris munitum Archivis infereretur, ut illic
custodiretur. Sed hoc factum non est, quia Excell. sua D. Marchio de Ca-
racena, Domini quæ Delegati Praelaudatorum D.D. Ordinum Brabantiae
consentiebant, quod exhibitio demum specimine à Domino Gutschovio
requisito, ego demonstrationem meam, praesente solum D. Gutschovio,
praestarem, quod conjunctim postea delineationes illas (quae ut illi scrip-
to praenominato jungerentur utile erat, quod per illas omnia distinctius &
magis fundamentaliter intelligi possent) ed melius adornaremus, quod toto
opere ita absoluto hoc scriptum Archivis demum mandaremus. Et ut hoc
effectui daremus omniaque ad perfectionem & finem optatum perduce-
remus, sat temporis nobis concessum fuit. Sed nec hæc delineationes sunt
factae, nec quid Archivis mandatum, quia Professores Universitatis Lo-
vanienfis noluerunt me juxta saepius nominatum Contractum & diploma
vel Patentes (uti ajunt) literas à Rege Hispaniae concessas suscipere, dicen-
tes & praetendentes, se Excommunicatione puniendos, si me, nisi Romano
Catholicam Religionem profiterer, susciperent. Quod omne & quae
mihi praeter hæc evenerunt, clarè patent ex libello calci harum adjuncto.
Sed ut paucis multa dicam, principalis ratio, quae tandem me coegit, ut
mecum constituerem Lovanium deserere, fuit, quod ibidem in periculo
vitae versarer, qua propter illinc discessi, ut de hac passa injuria conquerer.
Hæc

Responsio Ludovici de Bils

3
Hæc querela primò instituta apud Excellent. Suam D. Legatum Hispanicum Haga-Comitis residentem, ut de ea Excellentiam Suam D. Castell Rodriigo certiore faceret; sed finem petiti non prævidens, me ut subditum ad prælaudatos D. D. Ordines contuli, à quibus literas commendatitias ad prælaudatum D. Marchionem Castell Rodriigo accepi, ut per Excellentiz Sux autoritatem restituerer in integrum, & mihi omnia mea mobilia à Magistratu Lovaniensi arresto detenta redderentur. Sed nihil hæ literæ profecerunt, quippe ne hoc momento quid de meo salario frui, aut mobilia mea recipere, aut compensationem passî damni accipere, possum.

Quando quidem igitur D. Gutschovius & ego ab invicem, modo enarrato, longè separabamur, ejusmodi excellens propositum infectum manere debuit, atque hoc pacto, interveniente morte D. Gutschovii, notitia meæ Artis apud me privatim manet mihi que illius possessio absolutè restituta est. Neque etiam hucusque inaudivi, quòd quis, vel à D. Marchione Castell Rodriigo, vel à D. D. Ord. Brabantiz (juxta 9. art. illius sæpius nominati contractûs) in locum demortui D. Gutschovii sit substitutus aut substitui debeat, ut Artem Anatomicam & quod ab illa dependet, administret.

Hæc sunt, quæ concernunt res illas de quibus meam sententiam Tua Cl. petit. Sed quia T. Cl. addit, quòd subiinde dubia hæserit, anne mentem meam bene ceperit, quia nomina Belgica, quibus partes corporis exprimo, fortè non distinctè satis percipit, consultum judicavi ad has tuas literas non solum Belgico idiomate respondere, sed & curare, ut hæc mea responsio unà cum *Vera delineatione Actorum meorum Anatomicorum* in Latinam linguam transferatur typisq; separatim mandetur, ut ab omnibus doctis legi & intelligi possit. Estque hæc ratio quare mea responsio tam diu suspensa fuerit, sperans Tuam Cl. hoc mihi in sequiorem partem non interpretaturam. His finio & Tuam Cl. clementi custodiz & protectioni Omnipotentis commendo

Tua Clarit. Officiosissimus
LUDOVICUS de BILS de Copenstammæ.

Dna Haga Comit.
1668. die 29. Aug.

LUDO.

LUDOVICI DE BILS

*Civitatis atque Territorii Aerdenburgici Prætoris, nec
non in Academia Lovaniensi Professoris Honorarii.*

ACTORVM ANATOMICORVM,

Qua acciderunt ex quo Roterodamo discessit,

VERA DELINEATIO.



Um plurimum in Philosophia & Anatomia, tum in Medicina excellentes viri variis è locis à Bilsio identidem efflagitarent, atque difficultates aliquas illi moverent, quarum rogabant solutionem, atque adeo quid respondendum iis, qui Ductum Bilsii Roriferum rejicientes, alios in Vasis Lymphaticis & Valvis ipsi contrarios Ductus putant invenisse, quidque de Chylo, Rore, Lacte, aliisque certò statuendum; quatenus ipsius æstimatio fert & conscientia, æquum duxit, primùm antecedentem verum rerum suarum statum declarare. Nimirum, quoddam forte fortuna cum Principe Viro aliquot abhinc annis Bruxellis in Gallias iter faciens, prima occasione propter artem Marchioni Caracenz innotuerit, & quia Marchio eminentissimis veri Principis virtutibus ac maxime indefessa discendi cupiditate flagrat, non multo post præsentia Marchionis fruebatur, cui in variis suis dissectionibus ita satisfacit, ut tandem per illum & Brabantiz Ordines cum Rege Hispaniarum pactus sit, ut nimirum Rex illi viginti millia Carolinorum donaret, ac duo millia Carolinorum in stipendium annum, atque tantundem ipsius filio, & præterea, in Regia Academia Lovaniensi Professor Honorarius renunciaretur, utque ille quinque sua cadavera condita, omnemque suam scientiam Academiæ tradere teneretur, atque adeo in manum cujusdam eam in rem à Rege constituti Professoris, qui in omnibus dissectionibus atque lectionibus habendis vice ipsius Interpretis publicè fungeretur, ut ita Anatomia ac naturæ humanæ cognitio, quantum in ipsis foret, in Academia Lovaniensi ad summum perfectionis gradum eveheretur, quibus ritè compositis, pacta laboris mercede, prout par erat, gaudere voluit Bilsius. At ecce, canterius in limine, ut summa cum molestia atque rem promovente Marchione, quatuor & viginti milia Carolinorum, aliisque

B

inter-

intercedentibus, unius anni stipendium tandem consecutus fuerit. Ceterum, quamvis duas primas condiciones executus sit, tertiam exequi etiam paratus esset, Professorio munere fungi nequaquam concessum fuit, Professoribus Lovaniensibus ipsi adversantibus, hujus suamque Religionem diversam prætexentibus; pactum quippe atque mandatum Regis Hispaniarum cum Bilsio in initum ipsiq; exhibitum si exquerentur, se excommunicarum iri, cum tamen pacti non fuerint ignari, ipsumq; Bilsium esse Prætozem Civitatis Ardenburgi Religionisque Reformatæ, prout in Concilio D. D. Brabantiz Ordinum Dux Bourneville inferebat, *Accipiamus sententiam, & mittamus Conscientiam.* Adeoque jusjurandum in manu Abbatis Parcensis præsentibus Marchione Caracenz, Delegatisq; à D. D. Brabantiz Ordinibus more Reformatis usitato perhibuit. Hæc ita se habere adjectis tum publicis tum privatis testimoniis, literisque quo tempore illic commoratus est, hinc inde datis, asserere voluit Bilsius, quasque probantibus ipsis Ordinibus animus erat typis mandare, tum ut ipsos ulteriore molestia exoneraret, tum maximè ut suos & notos & clandestinos hostes hilce convinceret, ipsorum suspicionem falsam esse: ipsorum namque cavillationes certum est præsentis rerum ipsius statui, modò ne impediatur, nocere; ipsum verò prima occasione omnem molestiam devoraturum, quia D. Sasburg Illustriss. D. D. Fœderati Belgii Ordinibus à causis Bruxellis Excellentiss. Castel Rodrigo jam demonstravit injuriam, quam Lovanienses ipsi hæctenus factitarunt & etiamnum factitant, adversante immunitate illi à Rege Hispaniarum concessa, qua ipsi libertas conscientiz indulgetur. Num verò Gubernator captiones Lovaniensium Regiz Majestati præferat, parebit: insignes saltem ipsius virtutes ubique cognitz nil quicquam sinunt Bilsium adversum ipsius nomen præsumere. Ex sequentibus parebit quàm cæcutiant libellorum scriptores in iis quæ se invenisse deprædicant, adeoque quàm ficulneis niti se rationibus, quibus Ductum ipsius Roriferum impugnant: nihilominus ne putent in eorum gratiam eousque artem suam ipsum revelaturum, jam dudum indigni habentur, qui ab ipso seriò doceantur aut censuram subeant, adeoque nomen suum parum ab ipsis pati posse arbitratur: si hæctenus prout res ipsi cognita fuit, non scripserit, ad id non tenebatur; neque scientiam suam animus fuit unquam revelare, sed modò indicare quæ ignorant, atque ita nunc; verum paulò evidentius quàm antè; & maximè propter superiorem petitionem, utq; quantum licebit, dubitationi eorum satisfaciat, qui absque malevolentia ex defectu cognitionis modò, ab ipsius opinione dissentiunt, quomodo plurimis præclaris

claris viris jam nuper satisfecit, quod maximè in declaratione ipsius Ductus Roriferi, Valvarumque, quas dicunt nuper inventas, explicatione constat, atque ita se res habet.

Ductus ejus Rorifer atque universa vasa, ut vocant, lymphatica, quatenus rorem ferunt, valvis omnino carent, tam partem inferiorem versùs & ab illa, quàm superiorem versùs & ab illa; hæc est unica ejus veritas: at regeritur, ipsum falsum esse, illas jam dudum in Ductu Rorifero ostendisse, & Saffium Roterodamensem Medicum illud affirmare, adeoque Hagæ Comitibus ipsi fuisse demonstratas, illo nihil contradicente, quas tamen antea toties negasset: at ut verbo dicam, nec illi, neque quisquam mortalium Ductum ejus Roriferum neque vasa lymphatica verè hætenus cognoverunt, quamvis illa secundum naturales eorum proprietates absque ullo errore evidenter describerent. Hoc fortè ænigma videbitur, atque ita est: namq; videntes nihil viderunt atque palpantes nihil palparunt. Cæteros quod attinet, licet eorum objectiones veræ sint, verum etiam & ipsi risum movisse hac in re secundum ipsorum opinionem se componenti, non secundum veritatem ipsi penitus cognitam. Neque abs re: quorsum namque doctiores redderet eos, qui omni conatu nihil tam captabant, quam ipsum tandem aliquando suis insidiis capere? Næ plus voluptatis quam commiserationis ex ipsis cepit, siquidem in præjudicium ejus nominis putativæ suæ scientiæ aura moti agitabantur: se ipsi saltem miserè deceperunt, neque unquam cognoverunt Ductum Roriferum cunctaque vasa lymphatica ex duplis constare tubis, quorum exterior Rorem, interior verò alium succum vehat, cujus usus ipsis hætenus ignotus. Et attendite hîc, illum exteriores tubos solùm & propriè vocare vasa Rorifera aut lymphatica, illi namque soli ex moschosis fibris complexi Rorem ferunt, nulla usquam impediti valva, ductu continuo à centro corporis circumferentiam versùs ibique terminantur, prout dissectus ejus Canis illud demonstrat. Interiores (excepto ab ipso ante dicto Tubo Rorifero) hîc & alibi se cum exterioribus per quasdam ad id determinatas glandulas sociantes, inde quandam succum quasi per colationem recipiunt, qui per glandulas Cisternam versùs, indeque interiorem maximum tubum legens, Receptaculum tortuosum repetit, atque ita Cordi se immiscet, in quod semel infusus nunquam cum præcedentibus iterum se miscere potest, inque his tubis interioribus hæc ad ea celebratæ valvæ reperiuntur, quas stultum foret putare Bilsium modò nuper vidisse; cuius siquidem constat, annos abhinc duodecim illum succos ex variis canibus glandulatim extraxisse, inque urnulis servasse:

quare tum etiam animadvertit illos succos rorem aut lympham nunquam dici posse, verum fermentum, ita ut illorum vasa inde vasa fermentifera apud se dixerit, atque revera sunt talia; verum de his aliis pluribus.

Potat etiam Billius sufficere hoc manus oculos habentibus. Habent saltem unde se exerceant, atque vasa lymphatica, quæ adeo jactant, nunc demum investigent, quemadmodum in negato Receptaculo tortuoso inquirendo antea non minus quàm novennium sudatum est ab illis. Non verò invidet ipsis hoc exercitium, sufficit demonstrasse se humani corporis ita gnarum esse, prout se venditavit, quiscunque tandem prætextus agatur. Si quis ulteriorem demonstrationem ab eo petit, illam denegat, quousque Lovanii recipiatur, quando iis qui errorem suum haud gravatè fassi fuerint, benignè satisfaciet, atque paratus erit discere, quod hæctenus ignorat, ab illis, qui, si Diis ita placet, ad id idoneos se præstiterint.

Cæterum ut posteriori petitionis parti satisfaciat, scilicet, quid porrò de Chylo, Rore & Lacte judicandum: nullum dari aliam Chylum quàm in venis statuit, Rorem verò esse omnino eandem, quem in usu tubi dicti fermentiferi descripserit, ac tandem quibusdam in locis se inferentem in quibusdam glandulis colligi, perque eas colatum Lac fieri.

Hoc quicquid amicæ eorum petitioni respondere valet, neque dubitat, quin ipsis satisfecerit, quippe ulterius progredi vetat ejus juramentum. Atque revera verbis sesquipedalibus satis ulus videtur; sibi namque persuadet, hæc ab adversariis suis veritatem ignotam non ausis adstruere, non aliter exceptum iri. Verum enim verò quid dicent, si illos vellet persuasos, omne nostrum corpus nihil aliud esse quam majorum & minorum tuborum contextum, atque se minimam eorum fibram, licet quadruplo exilior sit quam est capillus, demonstrare posse, atque ita evidenter, quo pacto totum nostrum compositum sit, quam evidenter de aliquo ædificio demonstratio institui potest. Quid dicent, si Mense Martio violenta morte extinctum cadaver servet, quousque Itali, Hispani, Sueci, Dani &c. Lovanium se contulerint, ejusque disseccioni interfuerint, quam etiam post tres menses per quinque aut sex septimanas in eo, prout in cadavere recente, instituet? Annon hæc ipsis meræ videbuntur Chimææ atque infomina? Et tamen nihil sub Luna tam certum, quàm certum est, illum utrumque perficere posse.

Jam abhinc triennio hujus posterioris specimen edidisset, pactum executioni modò mandatam fuisset, & ipse stipendium suum potuisset obtinere: quare Graphiarius Bouton, omnium scientiarum studiosissimus, apud

The.

Theſaurarium oleum & operam perdidit, uti in epiſtola nequicquam ea de re ad eum data videre eſt. Alterum verò jam dudum præſentibus perſpicaciſſimo Marchione Caracenæ eamque ad rem Delegatis è Brabantæ Ordinibus, doctiſſimisque Eccleſiaſticis ac Politicis ita demonſtravit, ut abunde illis ſatiſfactum ſit, prout ex inſequenti pacto ulterius patet. Non eſt quod hic prætexatur, ſummos illos viros utpote ultra crepidam judicantes facilè potuiſſe falli: Verùm, præterquam quod periculi plena ſit alea principes viros eo modo palàm fallere, abunde cautum erat: illi enim non modo ſuis, verùm etiam ſummorum ſuorum Profeſſorum ac Docto- rum oculis rem perſpiciebant, cujus rei documentum inſallibile in ſpecimine ejus operis, quod D. Gurfchoven præſentibus D. D. Profeſſoribus Lovaniensibus ac Bruxellensibus Plem. Dorlix, Leſpiere & Overdaed. ſolùmque ex ejus institutione dedit. Verùm quorſum pluribus verbis? Hujus rei veritatem paginæ ſequentes ſic aperire poſſunt, uti Biſſius, quam primum Lovanii reſtitutus fuerit, cum bono Deo coràm ipſis demonſtrabit, ut ſiniſtræ opiniononi, labori inutili, indeque provenientibus diſputationibus imponatur finis.

Bruxellis 2. Martii 1667.

LUDOVICUS DE BILS.
De Coppensdamme.

PACTUM cum APPENDICE.

P A C T U M.

Tres Brabantæ Ordines audito quicquid ab Abbate Parceniſi, Barone Melsbroeki, & Conſulibus Bruxellensibus eam ad rem delegatis, Domino Boutono eorum Graphiario interveniente, variè poſt colloquia ipſorum nomine tranſactum & cum Nobiliſſimo Ludovico de Bils, Coppensdammi Toparcha de quinque cadaveribus ab ipſo Nobiliſſimo de Bils conditis, ipſiusque ſpeciali diſſecandi methodo, cæterisque rebus inde dependentibus. hodiè tandem convenerunt, ut ipſorum Delegati tranſactum ratum habeant prout ſequitur.

I. Nimirum, ut D. de Bils quinque cadavera condita tribus Brabantæ Ordinibus aut eorum Delegatis tradat in uſum Facultatis Medicæ in Academia Lovaniensii, ut in ea conſerventur, atq; ſtudioſorum Medicinæ institutioni inſerviant, quouſque ipſis Ordinibus æquum viſum fuerit.

B 3

II, Ut

II. Ut D. de Bils suam difsecandi methodum tam incruentam quam cruentam atque demonstrationem Roriferorum Ductuum, Lymphaticorum Vasorum, Tortuosorum Receptaculorum, Cisternarum, Valvularum, Vasorum, Membranarum, Tunicarum, earumque mosci moschorum, minimorum vasorum terminationes, tororum fibras cum eorum tunicis, succorumque colationem, cæterasque partes exactam difsecandi artem continentem, ipsi nunc, aut etiamnum noscendas, à tribus Ordinibus aliquem denominatum, nullum verò alium, doceat.

III. Uteundem in difsecandi *εργασίῳ* prædictorumque demonstratione, quantum in ipso erit, exerceat, ut illo mortuo, eadem difsecandi methodus, exercitiumque Anatomicum ab illo noscatur & continuetur, ipseque doctus sit alium ab ipsis Ordinibus denominandum docere.

IV. Ut omnem difsecandi artem denominando scriptis primum exhibent, ut ille ex scriptis solùm omnem artem edifcat, sin minùs, porrò edoceatur.

V. Ut hoc peracto, D. de Bils cum denominando imposterum in Academia Lovaniensi Anatomiam publicè exerceat in hominum ac bestiarum corporibus, pro re nata juventutem in ea exerceat, omnesque partes evidenter demonstrat, neque difsectionem incruentam aperiat.

VI. Ut secretò atque unà nullo præsentente præparent, quæ ad incruentam cadaveris humani difsectionem requiruntur, omnes verò ejus partes vel capillo minores palam separent.

VII. Ut denominandus omnem difsecandi methodum Latine describat cum iis quæ inde dependent, quantum poterit, evidentissimè, eamque descriptionem D. de Bils Belgicè interpretetur, scilicet, num ipsi placeat.

VIII. Uti hoc peracto, ita ut omnes ex ea descriptione illam difsecandi methodum edifcant, duo duplicata ejus descriptionis exemplaria in utraq; lingua subscribant atque obfignent, ut serventur loco ab Ordinibus denominando duobus reconditoriis, utroque duabus clavibus ocluso, quarum una apud Ordines, altera apud Facultatem Medicam custodietur.

IX. Ut alterutro mortuo alium ab Ordinibus denominandum superstes doceat, atque in Anatomia exerceat, nequetamen arcanum alteri unquam revelet.

X. Ut D. Petrus Carolus, Ludovici filius, de Bils, si se Anatomiz velit applicare, uti in primo denominandi locum surrogetur, omnibus præferatur, ita tamen ut antedictas condiciones observet.

XI. Ut D. de Bils juret se suam difsecandi artem nulli alii revelasse, neque

neque revelaturum directè neque indirectè nisi ab Ordinibus eam ad rem denominando aut denominandis.

XII. Idem facturi sunt omni tempore illud rogati denominandus aut denominandi, ut dictum arcanum apud Academiam permaneat, neque retegatur, communicetur aut reveletur, nisi illis qui ab Ordinibus ad id obtinuerint auctoritatem.

XIII. Ut D. de Bils Theatrum Anatomicum in Academia Lovaniensî ab ipso dissecandis tam hominum quàm bestiarum corporibus, quantum in ipso erit, exornet, neque ea propter aliquam mercedem petat.

XIV. Ut toto vitæ curriculo in dicta Academia munia ista Anatomica publicè exerceat, neque nisi consensu Ordinum ab illis desistat.

XV. Ut ipse atque denominandus, ubi ille dictam artem doceri poterit, quisque separatim aut unà juramentum præstent, quod cognitio acquisita sit, atque ab aliis facillè atque exactè acquiri possit, prædicto scripto modò perlecto.

XVI. Quare D. Bilio D. D. Ordines per suum Thesaurarium van Assche duo & viginti millia florenorum Rhenanorum numerabunt ex quo ab ipso prædictis conditionibus satis factum fuerit, alterum dimidium portione æquali, duobus prioribus immediatè sequentibus spatiis.

XVII. Præter annum florenorum bis mille stipendium, quod D. de Bils numerabitur ex vectigalibus, suæ atque filii sui vitæ tempore, dum usque ad obitum ea munia in dicta Academia exerceat ac continuat, atque si ante filium diem obeat, filio ejus numerabitur illud stipendium dum vivit.

XVIII. Ea conditione, si D. de Bils aut ejus filio, vel à Rege vel D. D. Ordinibus, vel dicta Academia, de Officio aliquo prospiciatur, diminuetur de stipendio tantum quantum de beneficio accrescet.

Quare D. D. Ordines suis Delegatis ad pasciscendum atque prædictas conditiones exequendum fidem faciunt, cuncta tamen approbaturò Gubernatore.

*Actum in Collegio D. D. Ordinum
Bruxellis 12. Junii 1663.*

Me presente

J. BOUTON.

Et paulò inferius.

Gubernator

Gubernator intellecto harum literarum argumento Regii fisci Advocato Consilio concessit, atque hisce concedit, ut Brabantiae Ordines illorumve Delegati pariter cum Ludovico de Bils ratum habeant, quod unà conceperunt modo in hisce contento, excepto, quod corpora condita tradantur Gubernatori, aut eam ad rem denominando in usum Facultatis Medicæ in Academia Lovaniensi, quodque ii, quibus arcanum revelandum sit, semper à Rege denominandi sint, aut Gubernatore ejusq; successoribus harum Provinciarum Gubernatoribus Generalibus è numero trium in Anatomia experientissimorum, quos Ordines proponunt, eamque ad rem denominabunt, ac præterea quod Bilsius jusjurandum, ad quod tenetur, præstabit Gubernatori, aut ab eo denominando. Jubet Gubernator, ut Bilsio dimidium florenorum duorum & viginti millium ipsi andictorum numeretur è paratioribus nummis vestigalium extraordinariorum, quam fieri poterit, promptissimè, alterum verò dimidium portione æquali, duobus prioribus immediatè sequentibus spatiis, à Norberto van Assche Consiliario ac vestigali Brabantiae Quæstore Generali, atque hasce exhibentis, hujusve exemplar authenticum, additasq; literas fidei in rationem ejus impensis solutio habebitur rata, prout æquum erit,

Datum Bruxillis 18. Augusti 1663.

Signatum

Subscriptum

D E. vt.

Marchio Conde de Pinto.

Inferius subsignatum

P. d'Ennetietres, P. de Brecht,
Petri Champnant, & Ja. le Roy.

Adhuc inferius ita legebatur.

Infrà scripti pro autoritate antè memorata, acta sua uti dictum est stricte regere pollicentur: se obstringendo. &c. renuntiando &c.

Datum Bruxellis 13. September 1663.

Subsignatum

F. Libert. Abbas Parcensis, Baro Melsbroeckii. G F. Marselaer,
J. Bouton, atq; Ludovicus de Bils, ac Coppensdamme.

Decembris 2. die 1663. juramentum dixit Bilsius Reverendo Domino Abbati Parcensi. præsentibus Barone Melsbroeckii & Consulari Bruxellensi Marselaer meque Graphiario.

Subsignatum

J. Bouton.
Braban.

Brabantiz Ordines accipientes superius, jubent, ut eorum Thesaurarius van Assche se secundùm illud componat, quatenus attinet solutionem Bilsio addictam, à Governatore Regique filci Consiliariis concessam, nimirum, ut dimidium florenorum Rhenanorum duorum & viginti milium Bilsio numeret, quam primùm ipse conditionibus pacti satisfecerit.

Datum Bruxellis 6. Decemb. 1663.

Signatum

Vlier, vt. Tave, vt. Broeckh. vt.

Subscriptum

J. Bouton.

Concordat cum Originali

J. Bouton.

D. Ludovicus de Benavides, Carillo & Toledo, Marchio Fromista & Caracena, Comes de Pinto, Domino nostro Regi à Consiliis Statûs, Governator & Capitaneus Generalis Belgii ac Burgundia &c. Domini Domini.

Cum Ludovico de Bils Bonemi ac Coppensdami Toparchæ, nedum prout transactum est, satisfactum sit, hisce significantes petimus, & tamen à Rege mandamus, ut actutum illi satisfiat, cum corpora dissecta Academiæ Lovaniensi nequeat exhibere, antequam ipsi, prout transactum est, satisfactum sit. Hisce tutelæ divinx vos commendo.

Bruxellis 4. Decemb. 1663.

Signatum

Comes de Pinto.

Inferiùs subsignatum

Vereycken.

Inscriptio erat.

D. D. Antistitibus, Nobilibus ac Delegatis ex urbibus capitalibus Provincie ac Ducatus Brabantie istius Provincie Ordines representantibus aut eorum Delegatis.

D. Ludovicus de Benavides, Carillo & Toledo, Marchio Fromista & Caracena, Comes de Pinto, Domino Nostro Regi à Consiliis Statûs, Governator ac Capitaneus Generalis Belgii ac Burgundia &c.

Domini Domini.

Graphiarius Bouton nobis significavit de nummis Anatomico Bilsio

C

nume-

numerandis, non possumus non vobis indicare, absonum nobis videri, quod Graphiarius nobis super ea re memoravit, cum à Rege Ordinibusq; Provinciæ ac Ducatûs Brabantia ita tractatum sit, periclitaretur nempe fides Regia, nî Bilsio modo quo tractatum est, satisfiat, quod cum differri ulterius nequeat: significamus vobis & tamen à Rege mandamus, ut apud Consiliarium in Concilio Brabantia Gutschoven deponantur dicti nummi usque quò Bilsius se solvat, ut utraque pars de executione pacti tuta sit. Hic tutelæ divinæ vos commendo.

Bruxellis 29. Januarii 1664.

Signatum

Inferiùs subsignatum

Comes de Pinto.

Vereycken.

Inscriptio erat.

D.D. Antistitibus, Nobilibus ac Delegatis ex urbibus Capitalibus Provincia ac Ducatûs Brabantia istius Provincia Ordines representantibus aut eorum Delegatis.

D. D. Ex Ordinibus Brabantia Delegati ad literas Gubernatoris 29. superioris mensis datas, atque quod à D. D. Ordinibus 28. antè statutum erat, jubent, ut eorum Thesaurarius van Assche apud D. Consiliarium van Gutschoven florenorum Rhenanorum duo & viginti millia deponat, ea conditione, ut apud eum permaneat usque quo de conditionibus pacti D.D. Ordinibus satisfecerit Bilsius, & illi ea de re judicaverint.

Datum Bruxellis 1. Februarii 1664.

Signatum

Subscriptum

Vier, vt. Tays, vt. Brouckh. vt.

J. Bouton.

Gubernatori.

Humillimè indicat Ludovicus Bilsius, quomodo Brabantia Ordines stipulati sint à Consiliario Gutschoven, ne nummos ab ipsis Ordinibus apud illum depositos Bilsio numeret, nî priùs Ordinibus plenariè satisficiat: ille Graphiarius Bouton rogavit, qua in re consistat plenaria illa satisfactio: qui respondit, se Delegatis Ordinariis ea de re locuturum, vel, si res exigat, Ordinibus Generalibus ad 27. hujus mensis convocatis. Ea ratione sit venia dicto, executionem facti ulterius protrahere videntur, quomodo hæctenus. Quare humillimè rogat Bilsius Excellentissimum Dominum ne opus hoc ulterius differatur, verùm brevi executioni mandetur, prout novissimè statutum est præsentibus Gubernatore, Graphiario Bouton ac Professore Gutschoven, nimirum, ut suam discendi artem dicto

Pro-

Professori scriptis tradat Bilsius, quam ubi vel ex scriptis didicerit, vel, si opus fuerit, explicante Bilsio, Professor præparabit canem, in quo demonstrabit Gubernatori præsentibus Doctoribus l'Espiere & Overdats quicquid antè Bilsius Gubernatori tribusque ex Ordinibus Delegatis demonstravit, deinde ubi Professor juravit se plenariè didicisse, talemque esse quæ arcana maneat, & tamen vel minimas particulas illâ retegere ac demonstrari posse: atque adeo ut Gubernator fateatur se ex dissectione Professoris perspexisse quicquid antè Bilsius Gubernatori demonstravit, tunc Bilsium satisfecisse ita ut actutum nummos depositos accipiat, quo facto &c.

Signatum

LUDOVICUS de BILS *De Coppensdamme.*

Extractum ex deliberationibus D. D. Brabantiz Ordinum, atque ex iis Delegatorum.

Ultima Martii 1664.

Grapharius Bouton significavit Gubernatorem sibi tradidisse libellum supplicem ipsi à Ludovico Bilsio exhibitum, quo nummos apud Consiliarium Gutschoven depositos acciperet, quam primùm conditionibus sequentibus satisfecerit, nimirum, ut suam dissecandi artem Professore van Gutschoven scriptis tradat, quam ubi vel ex scriptis didicerit Professor, vel, si opus fuerit, explicante Bilsio, Professor solus & absque alterius subsidio canem præparabit, in quo demonstrabit Gubernatori præsentibus Doctoribus l'Espiere & Overdats quicquid antè Bilsius Gubernatori tribusque ex Ordinibus Delegatis demonstravit, quo facto, Professor jurabit, omnia se exactè percepisse, atque artem revera talem esse, qualem Bilsius Gubernatori dictisque Ordinibus præstitit, illaque arte vel minimas humani corporis particulas retegere ac demonstrari posse, neque tamen artem ulli innotescere, ac tandem si Gubernator fateatur, se ex operatione ac Professoris demonstratione vidisse quicquid antè Bilsius demonstravit: deliberatione habita, num scilicet Ordinibus satisfecerit Bilsius, ut illi hoc tantùm peracto dicti nummi depositi numerentur, convenerunt, illas operationes Gubernatoris consensu debere fieri, se delegatisque præsentibus, atque non solum Doctoribus l'Espiere & Overdats verùm etiam Plempio ac Dorlix ex Academia Lovaniensi, atque si ab omnibus Doctoribus judicetur, artem revera talem esse qualem Bilsius prædicavit, ac Professore van Gutschoven illam percepisse ac operatum esse modo quo Bilsius, nec non dato ab illis Doctoribus testimonio, juramento ac sigillo, atque ab ipso

C 2

Bilsio

Bilſio de ſc̄to Academiz Lovaniendi in uſum Facultatis Medicæ traditis quinque corporibus conditis cum cæteris ſecundum pactum, tum demum Bilſio dictos nummos numeratum iri, aliàs non.

Infrà legebatur

Concordat cum Originali

Signatum

J. Bouton.

Nos infra ſcripti fidem facimus, Dominum *Gerardum Gutſchoven*, Anatomiz in Academia Lovaniendi Profefſorem, in præſentia Excellentiffimi Domini *Marchionis de Caracena Belgii Gubernatoris, & Deputatorum Dominorum Ordinum Brabantia* nobis exhibuiſſe aliquot Cadavera Canum artificioſè admodum diſſecta in iisque demonſtraſſe more novo & inaudito, abſque ulla ſanguinis effuſione varias partes hæctenus omnibus ignotas, & inter has potiſſimum ductum Chyliſerum, illiuſque receptaculum & progreſſum ſecundum longitudinem ſpinæ ejuſque in venam jugularem inſertionem. Inſuper flexum, circuli quadantenus æmulum, illaque demonſtrata, & deinceps alia plurima eadem arte demonſtranda, fore talia, ut Reſpublica medica magnum augmentum & utilitatem ſit habitura.

Bruxellis 28. Aprilis 1664.

Subſignatum

P. Dorlix & Adr. Wolffs.

Nos infra ſcripti idem atteltamur, & præterea eadem nos vidiffe demonſtrari à Domino *Ludov. de Bils*, in diſſectione *Canum*, taliter ut diſſectio & demonſtratio utriuſq; nobis videatur eſſe eadem & per omnia ſimilis.

Bruxellis die quo ſupra

Subſignatum

*J. de l'Espiere Excellentiffimi March. de Caracena
Med. Cub. & L. Overdax.*

Eodem die *D. D. de Bils* ac Profefſor *Gutſchoven* præſente Gubernatore, *D. Abbati Parcenſi*, *D. Baroni Melsbroeckii* juramentum Articulo 15. Pacti inter Bilſium ac *D. D. Brabantiz Ordines* initi memoratum præſtiterunt, me ſubſcripto etiam præſente.

Signatum

J. Bouton.

Maji 5. die 1664. Profefſor *Gutſchoven* & juramentum articulis 11. ac 12. pacti nominatum perhibuit Domino *Antiftini van Vlierbeke*.

Signatum

J. Bouton.

Nos Reſtor & Universitas Studii Generalis Lovaniendiſis declaramus & agnoſcimus Dominum *Ludovicum de Bils*, Dominum *de Bonem & Coppenſdamme*, nobis tradidiſſe quinque Corpora Anatomicè diſſecta & *Balzamo* condita idque hodierna die, ex Commiſſione & mandato Excellentiffimi

tissimi Domini Gubernatoris, cujus literas itidem ex manibus dicti Domini de Bils de data 4. Decemb. 1663. accepimus, ac in plena Universitatis congregatione perlegimus, in quorum fidem hisce sigillum nostrum subimprimi ac per Secretarium subscribi iussimus.

Lovanii anno à Circumcisione Domini, 1664. Mensis Maji die prima,
Inferius erat scriptum,

De Mandato Dominorum meorum,

Subsignatum

Petrus Mintart.

Et sigillatum cum dicto sigillo,

D. Ludovicus de Benavides, Carillo & Toledo, Marchio Fromista & Caracena, Comes de Pinto, Domino Nostro Regi à Consiliis Status Gubernator ac Capitaneus Generalis Belgii ac Burgundia &c.

Domini Domini.

Cum pacto abundè satisfecerit Bilsius, quomodo ex testimoniis apud vestrum Graphiarium Bouton videre est, vobis significamus, ut absq; ulteriore mora illi florenorum apud Consiliarium Gutschoven depositorum duo & viginti millia numerentur. Itaque tutelæ divinæ vos commendo.

Datum Bruxellis 2. Maji 1664.

Signatum

Comes de Pinto.

Et inferius

Vereycken.

Inscriptio erat.

D. D. Antistitibus, Nobilibus ac Delegatis ex urbibus capitalibus Provincia ac Ducatus Brabantia istius Provincia Ordines representantibus, aut eorum Delegatis.

E Brabantia Ordinibus delegati visis Gubernatoris literis 2. hujus mensis datis de florenorum duobus & viginti millibus antehac apud Consiliarium Gutschoven depositis, ut pacto inter D. D. Ordines & Ludovicum de Bils inito satisfiat, consentiunt, ut datis eorum Thesaurario van Assche literis ab ipso Bilsio de acceptione istorum nummorum ex decreto Gubernatoris ac Dominorum fisci Regii Consiliariorum superioris anni 1663. die 18. Augusti & cæteris annexis sub Dominorum sigillo, D. Consiliarius Gutschoven nummos istos Bilsio annumeret.

Datum Bruxellis 5. Maji 1664.

Signatum

Nier, vt. Teye, vt. Bronckb, vt.

Subscriptum

7. Bouton.

Super-

Superiores florenos bis & vicies mille à Thesaurio van Assche accepisse fateor ex antecedente decreto.

Signatum

LUDOVICUS DE BILS. De Coppensdamme.

Concordat cum Originali

7. Bouton.

Excellentissimo Marchioni Caracena Brabantia Ordines.

Humillimè significant Brabantia Ordines accepisse Excellentissimum Dominum ex decreto superiore 18. Augusti pactum inter se & Ludovicum de Bils antea initum de quinque corporibus conditis, ejusque disseccandi arte latius in dicto pacto memoratis, & quia in eo mentio fit, ut quibus ars concredenda sit, à Rege sint nominandi, aut Governatore ejusque successoribus, harum Provinciarum Governoribus Generalibus, è numero trium in Anatomia experientissimorum, quos Ordines ad id proponunt ac denominabunt, Ordines secundùm beneplacitum Governoris se componentes, hisce Excellentissimo Domino reverenter proponunt Gerardum de Gutschoven, Anatomia ac Matheseos Professore, Vopiscum Fortunatum Plempium & Petrum Dorlix Medicina in Academia Lovanienti Professores, humillimè supplicantes, trium istorum unum denominare Excellentissimo Domino placeat, cui à Bilsio ars illa declaretur, quo facto. &c.

Exemplar Responsi.

Governator intellecto hujus libelli argumento denominavit ac denominat Gerardum van Gutschoven, ut illi ex pacto inter supplices ac Bilsium inito Bilsius artem suam in eo nominatam declaret, unumquemque articulum ad id observando.

Datum Bruxellis 24. Octobr. 1663.

Signatum

Inferius

Signatum

Concordat cum Originali.

L. M. de Pinto.

Ex mandato Governoris.

Vereycken.

Teste A. D. Coster Not. Publ.

Regis Hispaniarum diploma.

Philippus Dei gratia Rex Castilia, Leonis, Arragonia, utriusq; Sicilia, Hierosolyma, Portugallia, Navarra, Grenada, Toleti, Valencia, Galicia, Majorca, Minorca, Sevilia, Sardinia, Corsica, Murcia, & Jaena, Algarba, Algeriva, Gadum, Insularum Canaria, Insularum atque terra continentis Oceani, Archidux Austria, Dux Burgundia, Lotharingia, Brabantia, Limburgi, Luxemburgi, Gelria, & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandria, Arthesia,

Arthefia, Burgundia, Comes Palatinus Tirolis Hannonia & Namurei, Princeps Suevia, Marchio Sacri Imperii Romani, Dominus Salinarum, Mechlinie, atq; Dominator in Asia & Africa. Hæc præsentis viſuris Salutem. Notum facimus, quod propter laudabilem famam nobis de nostro per dilecto *Ludovico de Bils, Coppensdammi, Bonemi &c.* Toparcha nunciatam, deque ipsius ſcientia atque in arte diſſecandi experientia, cum incruentam, tum eruenta, cæterisq; inde dependentibus ſcientiis, in ipsius fide atque induſtria abundè acquieſcentes, ipſum *Bilſium* ex deliberatione noſtri per dilecti ac fidelis Conſanguinei *Domini Ludovici de Benavides, Carillo & Toledo, Marchionis Fromiſta ac Caracena, Comitii Pinta Nobis à Conſiliis Statûs, Locum tenentis Gubernatoris atque Capitanei Generalis Noſtri, Belgii Burgundiaque &c.* Ordinavimus ac denominavimus, ordinamus ac denominamus hiſce ad exercitium Anatomicum in Academia noſtra Lovaniensî ut juxta noſtrum per dilectum Profefſorem Anatomiz *Gerardum van Gutſchoven*, aut alios ejus loco poſthac quâ publicè, quâ privatim demonſtret ac indicet quicquid prolixius explicatur in tractatu & pacto inter ipſum ac noſtros per dilectos ac ſfideles Provinciz ac Ducatus Brabantiz Ordines inito ac concluſo, atque à memorato Conſanguineo noſtro nomine accepto, ſecundum acta 12. Junii, 18. Auguſt. ac 13. Septembris vertentis hujus anni data, & quicquid inde dependet, ut agat quicquid bonus ac fidelis Anatomicus valet ac tenetur agere, atq; ad dictum exercitium pertinet: & juxta ſtipendium dicto tractatu expreſſum, honores, jura, præminentias, prærogativas, immunitates, emolumenta, utilitates eò pertinentes, quibus muneribus ut fideliter fungatur ex dicto pacto, tenetur *Bilſius* juramentum præſtare noſtro per dilecto ac fideli, Domino *Philippo Guilielmo de Steenhuyſ Equiti, Baroni Poederlex, Domino Flerſz, Moerbecz &c.* nobis à Conſiliis Statûs ac Secretario, ac Brabantiz Cancellario, quem ab id denominamus ac mandamus, ut juramento à *Bilſio* perhibito, illum conſtituat, ubi, quomodo, & à quibus illud fieri decet, in dicto exercitio Anatomico, quo, ſimul & dictis honoribus, jure, præminentis, prærogativis, immunitatibus, emolumentis ac utilitatibus per reliquos noſtros Conſiliarios in Concilio Brabantiz, cæterosque noſtros Judices, Officiarios ac ſubditos, ad quos hoc ſpectat, *Ludovicum de Bils* quietè ac pacificè uti, frui ſinat, cunctis impedimentis ac oppoſitionibus ceſſantibus: Mandamus porrò noſtro per dilecto ac fideli *Architheſaurario Generali ac noſtri fiſci Conſiliariis*, ut à noſtro petitionum ac ſubſidiorum Brabantiz *Quæſtore Generali hodierno aut futuro,*

turo, & ex nummis istarum petitionum, Ludovico de Bils curet annumerari ac pendii annuum florenorum bis mille stipendium dicto pacto concessum, quod etiam nostro Quæstori Generali hodierno aut futuro mandamus ut ita faciat, hujus ac dicti pacti Exemplar authenticum nobis exhibendo prima ac altera vice, & quotiescunque res exigit, ab ipso Bilsio literas de receptione stipendii. Adhæc volumus ut quicquid illi ea de causa pendetur, in rationum expensis valeat, ac detrahatur de nummis receptionis Quæstoris uti Generalis petitionum ac subsidiorum Brabantiz hodierni aut futuri, ubi ac quomodo æquum erit, siquidem ita nobis placet. Quod ut placeat, sigillum nostrum hisce appendi iussimus.

Datum in urbe nostra Bruxellis 23. die Novemb. Anno Domini 1663. ac Regnorum nostrorum quadragesimo tertio.

Signatum

St. vt

In plica legebatur

A Rege.

Signatum

Vereycken.

In dorso legebatur ita.

Hodierna die 26. Mensis Novembris 1663. Ludovicus de Bils Coppensdammi, Bonemi &c. Toparcha juramentum, ad quod hoc programme tenebatur, præstitit Domino Philippo Guilielmo de Steenhuyts, Equiti, Baroni Poederlez, Domino Flersz, Moerbece &c. Regi à Consiliis Statûs, Secretario & Supremo Admiralio atque Brabantiz Cancellario.

Me præsentem signatum

Gaillard.

Atque signatum erat sigillo Regis ordinario in cera rubra impressa ex duplice vinculo appendente.

In eodem dorso ita porro legebatur.

Archithesaurarius Generalis atque fisci Regii Consiliiarii consentiunt, quantum in se est, ut quod programme continetur, effectum sortiatur, quomodo Rex in illo fieri mandat.

Datum Bruxellis in Concilio fisci sub signatura Archithesaurarii Generalis atque Consiliiariorum 26. Novemb. 1663.

Et erat signatum

J. d'Ennetieres, l.B. Maes, P. de Brecht, & l.le Roy.

Concordat cum Originali, de tempore, signatura ac subscriptione ut supra. Quod attestor

*G. de Gyger, Not. Publ.**Declaratio Domini Professoris Gutschoven.*

HOdierna die 16. Aprilis 1664. hora sexta antemeridiana adit me Notarium à supremo Senatu constitutum, in Brabantiz admissum, Bruxel.

Bruxellis habitantem, D. Ludovicus de Bils Coppensdammi, Bonemi Toparcha, Urbis ac Territorii Ardenburgici Prætor, &c. ut & D. ac Magister Gerardus van Gutschoven, Medicinæ Licentiatus, Matheseos ac Anatomix Professor, Collegiique Breugeliani in Academia Lovaniensi Præses, ipse Bilsius mihi Notario quendam fasciculum tradidit, cui inclusum erat secretum Anatomix ipsa Bilsii manu scriptum atque signatum, tribus sigillis munitum à Notario Leonardo van Zyl, cerâ rubra Roterodami, actum 19. Octobris 1661. præsentibus Domino ac Magistro, Simone van Middelgeest in Curia Hollandiæ Advocato, ac Cornelio Cappellenaer Præto-
 tore ac Quæstore in arce Capellana, ac ubi Bilsius & ego Notarius illum fasciculum aperuissemus, atque extraxisset inde alium fasciculum, secretum Anatomix continentem, sigillo ejusdem Bilsii munitum in cera rubra, quo me præsentem aperto, atque ipsi Professore tradito, me secedere iussit Bilsius, atque aliquantò post, D. Gutschoven sub undecimam solum liquit Bilsius in meo Chartophylacio, cum Professor me vocavit, ac præsentibus Domino ac testibus infra nominandis sequentia exposuit.

Quòd dictus Professor illud scriptum, à Bilsio apertum traditum, perlegit, accuratè ad omnia attendit, illud secundùm omnes ejus partes ritè percepit, inque eo scripto veram methodum descriptam esse, quâ cum, qua sine, sanguinis effusione, tum in hominibus, tum bestiis, omnes partes vel minimas & vel capillo minores retegendi.

Quòd hæc methodo omnes membranz, fibræ, tunicæ, quàm tenuissimæ exactè atque facillimè separari queant.

Quòd terminationes omnium vasorum, vel venarum, arteriarum, nervorum, ductuum toriferorum, vel venarum lactearum, vasorum lymphaticorum &c. possint aperiri ac videri, ut & receptaculum tortuosum cum omnibus suis ramis, sive caput, sive pectus, sive brachium versus flectantur, nec non Ductus cum appendicibus ut valvulis vel cæteris.

Quòd omnium succorum ac humorum succi hæc methodo contrinuari ac perfectè perspici possint, an sive ab interiore parte ad exteriores fluant, an sive ab exteriori ad interiores, ut & quo pacto illi transvalantur, ac quomodo potius copiosè quandoque assumptus, brevi viis hæctenus incognitis in vesicam infundatur; ut & cujusque tandem sit humoris, uti lac, saliva, lachrymæ, semen &c.

Quòd hæc methodus ab eo, qui aliqualem saltem dissecandi experientiam habet, peragi possit & demonstrari ac retegi quicquid antè dictum est, vel quicquid optari potest: & quod magis mirandum est, licet palàm, quicquid

D

dictum

dictum est, demonstrari possit, tamen à nemine intercipi, nisi per traditionem, aut hujusmodi scriptum, unde etiam mox percipi potest, vel explicatione orali.

Et ut verbo dicam, hoc secretum vel methodum hujusmodi esse, unde dictus Bilsius æternam laudem mereatur, & quod apprimè faciat ad humanam vitam commodius instituendam, illà enim multi ignoti morbi cum suis causis possunt innotescere, ut & ad Chirurgos, ut majore *rapportu* suam operationem exequi possint.

Significante insuper eodem Professore, illud secretum in se tam evidenter describi posse, ut, qui nunquam Anatomiam viderit, ex illo scripto, quicquid antè dictum est, assequi posset, ita ut generi humano maximo detrimento fuisset, ut tam excellens, utile ac mirabile secretum cum Domino Bilsio inter mortuum fuisset, adeoque in perpetuum sepultum, cum moraliter loquendo nemo mortalium illud consequi possit. Significante eodem Professore, separatim esse hoc suum testimonium juramento solenni palàm reiterare, ubi & quomodocunque res exiget.

Actum Bruxellis, die, mense & anno quo supra, presensibus Adriano Alexandro Guazzo atque Daniele Pitman, laudatis testibus ad hoc vocatis ac rogatis, atque ipse Professor Exemplar hujus simul & testes, ac ego Notarius in meo prototypo subscripsimus.

Quod attestor

A. D. Coster Not. Publ.

DESCRIPTION

Quinque corporum conditorum & dissectorum

D. LUDOVICO DE BILS,
COPPENDAMMI, BONEMI, &c. Topatcha,

*Excellentissimo MARCHIONI CARACENÆ, Belgii Gubernatori,
nec non Capiteo Generali, &c. Exhibitorum Bruxellis
mense Octobris 1662.*

Primum horum corporum est viri, abhinc sexennio dissectum: Videre est omnino separatam, excepto in extremitatibus digitorum manuum ac pedum ac unguium cutem: hac cute elevata, detegere est omnes musculos dorsii, brachiorum, manuum, crurum & pedum ab invicem separatos, cum dictorum musculorum capitibus ac caudis suis locis etiam nunc afficis.

Intus

Intus retegere est truncos, ascendentes ac descendentes, tum arteria magnæ Aortæ dictæ, tum venæ cavæ: Videre est, quomodo arteria magna è cavitate cordis sinistra exeat, quomodo brachium versùs dividatur in subclavicularas dextras ac sinistras, ac collum versùs in duas carotides: quomodo truncus descendens per crura dividatur in duobus truncis iliatis: quomodo etiam truncus ex vena cava ascendens, ex hepate egrediens, ac juxta dextram cavitatem cordis incedens in signi orificio illi inseritur, atque inde sublimiùs ascendens in plurimos dividitur ramos, quorum jugulares caput versùs ascendunt, ac subclaviculares per axillas brachia versùs. Ac uti videre est truncum ascendentem, sic etiam distinctè videas truncum ex eadem vena descendentem, exeuntem ex hepate, nitidè separatum, ac cum arteria magna sociatum, ex se projicientem duas emulgentes, inferiùs in duos ramos iliaticos dividitur, & uterque in suos internos & externos descendentes, ita ab arteriis iliaticis ac cruralibus separatos usque in crura: item nervi & pedum & manuum suæ origini ac insertioni affixi distinctissimè repræsentantur, uti cor, pulmones, hepar, intestina, vesica, testiculi tunicis suis tecti, atque periostium ossa tegens.

Præterea elevato cranio, mater dura detegitur cerebrum involvens, qua sublata, undiquaque consideratur: inde sequitur cerebellum cum nervorum paribus septem atque reti admirabili. Oculi, barba, supercilia atq; capilli etiam servata sunt, ut & nasus, omnia integra, ita ut qui hoc corpus olim vivum viderint, illud agnoscere possent.

Secundum corpus est etiam viri, conditum, cute haud dissecta, pectore & hypochondriis apertis, ubi etiam omnes partes nobiles deteguntur, ingeniosè separatæ; aperitur etiam cranium, quod circum reperitur pericranium, partim ab ipso cranio separatum, intus sunt dura & pia mater cum toto cerebro, naturali suo situ.

Tertium corporum est itidem viri, unde omnis cutis separata est, excepto, in collo, in manibus atque pedibus, quibus etiamnum affixa est: in manibus chirothecarum, in pedibus verò soccorum more. Ita cætera pellis corpori modò incumbens, potest levare, ita ut in pectore pericardium ac cor inspiciatur, utrunque apertum, inque situ naturali; vena arteriosa, arteria venosa atque aorta ac vena cava apertis, quò valvulæ in orificiis cordis distinctæ considerentur. Præterea inspicitur diaphragma Thoracem ab hypochondriis separans; inque eo hepar, atque inferiùs folliculus fellis cum canali suo cystico cholida ex hepate exeunti juncto, tum truncus venæ cavæ descendens cum trunco venæ magnæ ejusque ramis sociatus. Vena

porta & omnes ejus rami meseraici distinctè separati sunt, inque venulas plures quàm mille divisi, facillè numerabiles; ubique venis meseraicis sciatur ex arteria mesenterica procedentibus. Visitur stomachus cum venis & arteriis, ut & lien cum suis, atque testiculi cum eorum vasis spermaticis, renes cum emulgentibus, & arteriis & venis, atque ureteres urinam in vesicam ducentes cum pudendis.

Quartum corporum iterum est viri, cute modò pedibus, manibus ac capiti affixa, pulmones, cor, arteriam asperam, & oesophagum, venam (azygos) dictam cum suis ramis distinctissimè ostendens, quamque harum partium arteriis suis copulatam, sc. subclavicularibus, axillaribus & carotidibus aut saporalibus; nervi sub axillis omnes separati, eorumque terminationibus atque insertionibus affixi etiam exactissimè repræsentantur: at super omnia observandus hic est novus Ductus, Chylifer dictus, secundùm dorsi vertebrae à parte trunci ab arteria magna descendens: inde pergendo ad hypochondria patet diaphragma, stomachus, hepar, folliculus fellis cum suis ductibus ac valvulis secundùm insertionem duodeni. Omnia etiam intestina visuntur, ut & venæ ac arteriæ meseraicæ illis insertæ atque retis more distinctissimè separatæ: Renes venis suis ac arteriis emulgentibus affixi ex se, inferiùs duos ureteres mittunt in vesicam usque, unde sequuntur testiculi, parastatæ, cæteraque vasa.

Quintum, quod est foeminae, cute sua involvitur, atque in capite, pectore, hypochondriis, atque cruribus omnia dissecta, ita distinctè percipitur cerebrum fixum in cavitate cranii, oculi, cor, pulmones, hepar, lien, renes atque stomachus, omnia tunicis suis devoluta: præterea venæ, arteriæ, simul & nervi è foraminibus vertebrarum procedentes, è medullæ spinæ usque ad eorum insertionem in variis corporis partibus, omnes in filamenta sua divisi, vel capillis tenuiores ac subtiliores: hic primum palatium in quo homo habitat, detegitur, uterus scilicet, inter intestinum rectum situs ac vesicam, nobilissimas partes: collo vulvæ aperto, ac ab utraque parte testiculi foeminae cum venis suis ac arteriis spermaticis, inque pudendis clitoris cum urinarii ductus orificio.

Habes itaque quinque istorum corporum secundùm designatas partes ingeniosè dissectorum descriptionem, unde duo miranda observanda veniunt: unum quòd cum excrementis in intestinis condita sint, sanguine in aliquibus venarum & articularum, omni cerebri substantia in capite, atque omento in ventre, neque quicquam condituræ aspiciam corporibus, aut eorum partibus cernitur adhærere, omnia quippe subtilissimè penetrat ad
impe

impediendam corruptionem. Alterum, quod tot partes tum ingeniosè separatae sint ac preparatae in corpore sine corruptione aut putrefactione antequam condiantur: quod raram ἐγχειρισί in dissecando, atque exactam omnium corporis partium, etiam minimarum cognitionem, ac praeterea sanguinem aliosque humores transvalandi, quo ea ratione vasa replentur ac intenduntur antequam separentur, requirit.

Inventio est Scholis Anatomicis utilissima ac necessaria: ea quippe ratione cunctis anni tempestatibus commodè fieri potest explicatio partium, atque ἀποδείξι demonstrari studiosis, ut hac ratione omnes partes cum earum connexione, figura, quantitate atque insertione memoriae imprimantur, uti data occasione in recente subiecto Anatomiam exercent, promptiores sint ad cuncta prime intuitu percipiendum, quod aliàs fieri nequit, nisi longævo annorum spatio, quia subiecta recentia non semper sunt ad manum.

Praeterea ista condiendi scientia est admirabilis, qua corpora condiuntur in aperta: ita ut cerebrum, oculi, cor, pulmones, hepar, cunctaque intestina integra maneat, subiecta cognoscibilia, ac situ ferè naturali.

Ita repertum ac notatum à G. van Gutschoven in Academia Lovaniensi, Anatomes ac Marbeseos Professore Regio.

Bruxellis 4. Novembris 1662.

Litera ad D. Graphiarium Bouton.

Nobilissime Domine.

Ego & D. Professor Gutschoven Lovanii jam occupamur maximè quàm publicè, quàm privatim. Varias habuimus dissectiones, subiectum humanum expectamus, quod in mensem Majum preparandum sit ac servandum, ad cuius dissectionem Te ceterosque Dominos invitabimus, cumque ad preparationem hujus magnos sumptus fecerim, quorum gnarus est D. Gutschoven, cumque nunc stipendium meum in hunc annum elapsum sit, Te submisè rogo, ut hac in re mihi sis auxilio, ut illud accipiam sine mora, quod operationes nostras Anatomicas maximè inhiberet, cum diu noctuque allaboremus, quò subiectum ritè decollatum consequamur, quomodo nunc Archori virgo quædam infelix facinus passa, quod mea methodo in Martium proximum preparatum, ac dissectionis die tempestivè publicata, quæ per septimanas 7. vel 8. in illo subiecto continuata innumeraibilem hospitem multitudinem advocabit. Te non latet, non admodum mihi favere Thesaurarium, quare ad Te insignem quippe omnium scientiarum

tiarum Protectorem ac Promotorem confugio, ut apud D. D. Delegatos ac
D. Thesaurarium rem agas ejus qui se inferibit.

Tui Officiosissimum

LUDOVICUM DE BILS De Coppensdamme.

Lovanii 2. Januarii 1664.

Inscripção erat.

*Nobilissimo Domino Bouton, Stalla, Molla, Balena, Deschella Toparcha,
atq; Reverendissimorum Brabantia Ordinum Graphiaro*

Bruxellis.

*Quatuor Extracta Epistolarum Domini Gueschhoven in Aca-
demia Lovaniensi Anatomia Professoris.*

Lovanii 3. Maji 1664.

Nobilissime Domine.

Ad tuas literas hoc responsum habe, nos etiam occupamur circa loca
corporibus illis conditis, ut & aliis, quæ heri advecta sunt ad numerum octo
& centum parvorum capitum Theatro nostro Anatomico donatorum à
D. Charpentier, destinanda: porro quaestio de Religione tua nulla est, hoc
enim factum est modò pro forma.

Signatum

G. van Gueschoven, M. P.

Sequentes Epistolæ etiam sic signantur.

Bruxellis 24. Julii 1664.

Nobilissime Domine.

Literæ tuæ mihi traditæ sunt Bruxellis, in Bibliotheca nullus adhuc da-
tus locus, hæc narratio foret prolixior, duo vel tria ago, verùm hæc de re
nullus sermo, nisi Bibliotheca in totum excidat: securitas tui nunc absente
Gubernatore necdum est in tuto: expectatur hîc D. Confiliarius atque
Legatus Stockmans, qui Percæ commoratur prope Lovanium, tum causæ
tuæ à Theologis imponetur finis: porro impatienter à Medicis expecta-
ris: per ocium licebit huc te conferre atque eousque etiam negocium
protrahi posse videtur.

Bruxellis 19. Augusti 1664.

Domine ac Amice Intime.

Meas ad te datas, Te per Rosseau accepisse spero: ante discessum me-
um

um pollicitus erat Consiliarius Stockmans atque Fisci Advocatus abolvere à Theologis de te motas difficultates, hoc antemeridiano tempore rem resciscam, quam nunc scriberem, sed vereor discessum tabellarii.

Bruxellis 21. Augusti 1664.

Domine ac Amice Intime.

Porro congregati heri Consiliarii super difficultate à Theologis mota, vident nihil habere quod opponant, neque potiorate habere posse literarum munimenta quàm quæ habes, te sine ullo impedimento quamprimum domum tuam aditurum, ut videas, num quicquam opponatur, quod Senatus dirimat, teque protegat.

Harum Epistolarum, ut antè, extractarum Inscriptiones sic se habent.

Domino Domino de Bils, Coppensdammi, Bonemi Toparcha, Urbis Ardenburgi Pratori &c.

Atque prædicta Extracta cum singulis Originalibus Epistolis (in forma prædicta atque ut supra data) reperta sunt exactè concordare.

Haga Comitù 26. Octobr. 1665.

A me

M. Beeckmans, Not. Publ.

BREVIS ATQUE
COMPENDIOSA HISTORIA
EORUM,

*Que spectant Artem ac Scientiam Condiendi Balsamo, singulari methodo,
ac nulli hætenus communi, humana cadavera,*

LUDOVICI DE BILS,

Toparcha Coppensdammi Bonemi &c. Pratoris Civitatis ac Territorii Ardenburgensis ac Professoris Honorarii in Academia Lovaniensi.

NULLI non notum est, id quod etiamnum quotidianus rerum eventus docet, artem quamvis ac scientiam non magis inimicos habere, quàm ignorantibus. Quin reperiuntur non pauci, qui vel ex affectu qualicumque, (prout homines sunt) alii etiam odio tantum ducti vel invidia, id sibi operæ sumunt, quò cognitionem pariter ac decus artium scientiarumque (damno Reipublicæ; suisque tantum opinionibus morem gerentes) opprimant extinguantque. Veruntamen (quod Batavis in proverbio est) Mendacium

ciam quantumvis celer veritas facile prævertit. Prædicto Ludovico de Bilsio ad aures pervenit, quosdam circa peculiarem ipsi humana Cadavera condiendi modum opiniones inter se fovere multum diversas, ac variè differere. Quin id factum etiam tum, quum utrinque convocati D. Plenipotentiarii ad ineunda pacis fœdera sanciendaque intra moenia Civitatis Bredæ fuere congregati; ibidemque inter alia sermonem incidisse, ac verba (non sine admiratione) facta super extraordinariâ ipsius condiendi methodo, eandemque parum scitè fuisse impugnatam, dicendo: Futilitatem istius jam nunc palàm esse, ac liquido argui per corruptionem quinque ab ipso conditorum cadaverum, quæ quidem hodiè in Lovaniensi habentur Universitate; idemque insuper probari ex eo, quod ipso modo itidem, plusquam vulgari condiendum susceperat cadaver Comitis Hautreppe, in eo; simul prodiderat methodi sui ineptiam: Imò D. D. Ducem Bourneville ac D. Vaas Advocatum tanquam executores testamenti Comitis modò dicti, Bilsium eo nomine in jus vocasse, postulasque istam quoad condituram sibi ut satisfaciat. Qualia omnino evenere quidem, verum à malevolis in alienam mentem traducta sunt, eoque animo, ut istam quam ille sibi existimationem ac famam jam tum apud ipsos Reges, Principes ac Magnates, vel ex isto peculiari suo condiendi modo comparaverat, ibidem talia spargendo ac passim differendo, conspurcarent inquinarentque: Quæ ut omnia certâ ratione prævertantur; ac contrarium orbi (ex vero) innotescat, Bilsius consultum duxit hisce [paucis] respondisse, adeoque enarrandorem, ut gesta est, testatur: primo, quod attinet quinque à se condita Cadavera, in Academia quæ prostant Lovaniensi, fuisse ista aliquot annos suâ in potestate ac manibus; id quod videre est è Testimonio ac descriptione D. Gerardi Gutschoven Professoris Medicinæ ac Matheleos in prænominatâ Universitate singulorum cadaverum, ac ratione dissectionis eorundem (eo fine ut super istis prælectiones vicissim atque ex ordine veniant instituendæ) in calce hujus historiæ exaratis. Præterea mansisse eadem ultra biennium Bruxellis, quin iteratò in Aulam suæ Excellentiæ Marchionis de Caracena fuisse transportata; Nihilominus, ac quantum libet aliâ nebulosus fuerit, nivibusque ac pluviis irriguus aër, ossiam semper siccitatem retinuisse, atque etiam in dies & annos continuò per se duriora evasisse, adeoque omni jure ac meritò fidem sibi ac famam incorruptibilitatis vindicasse. Sed enim Excellentiæ suæ visum fuit tandem Bilsio inungere, suo nomine ista ut transferret Lovanium, traderetque ibidem sæpius memoratæ Universitari: Quod ita factum est, adeoque eadem simul optime habita,

habita, atque in cistâ cum stragulis (sceno ac stramine interstratis) composita compactaque, (omninò uti nequid ex transportatione detrimenti caperent) isthuc tradita sunt. Ubi tum ex arcâ deprompta, ac suprà mensam deposita, pòst denuo (jussu Universitatis, atque ipsâ coram) cistæ priori, eadem curâ ut ante, commissa fuêre; decretumque interea dum locus pro ipsis commodior ac satis idoneus foret instruendus, ea tantisper in Bibliothecam Publicam transferre, ibidemque relinquere, donec aliter visum fuerit mandatumque. Quale tamen nec quicquam postmodum successit, quantumlibet repetitis commonitionibus ad dispiciendum præservandis non tantùm cadaveribus, verùm etiam debitis super ipsa studiosæ juventuti demonstrationibus opportunum quemvis locum ac commodum. Atqui post aliquot elapsos menses prædicta cadavera rursus ex arcâ ibidem, ubi Bibliotheca est (uti jam ante meminimus) supra mensam exposita, collocataque sunt, ac permanserunt; dum id interea temporis ipse nunquam illorum potuit fieri compos, adeoque nec memoratas in gratiam studiosorum exercere demonstrationes illi licitum fuit aut liberum. Quemadmodum id planè constat ex annexo etiam huic tractatulo, prope finem, extracto testimonii Doctorum quorundam Medic. degentium in præsentiarum ac praxin exercentium Bruggæ, tum autem Lovanii studia sua etiam num prosequentium. Exeunte Hyeme vocatur de Bils, ut veniat spectatum cadavera, quæ ferebantur corrupta; Quod ille recusando, respondit, cautius paulo se decrevisse consulere rebus suis, quam ut ista ita male habita nunc accipiat, quæ sc. Quartum circiter mensem, per æstivos calores, in cistâ compacta, sub tecto Bibliothecæ fervoribus immoderatis oportunissimo permanserant: hinc, ad hyemis exitum, supra mensam exposita fuerant in loco, propter neglectas tectorum pariter ac canalium rimas ruinasque, humidissimo; (unde etiam bona pars librorum jam tum putredine absumpta perierat.) Quippe in quem per amplissimas fenestras vitris orbas pluvix simul cum nivibus ac quovis modo uliginosus aër, (adeoque in ipsa quoque cadavera, nullis integumentis munita) irruebant. Atque hoc illud demum ipsissima corruptionis cadaverum causa extiterat, cujusque etiam apud Regem atque Ordines Brabantix manet Universitati reddenda ratio, ut qui tantum ab ipsâ Majestate in decus Academiæ collatum munus neglectui non solum, verùm aded etiam despiciatui habuere, ut ne loco quidem illud ad sui conservationem idoneo dignati sint. Quæ omnia evidentè probant, à quibus nam ista cadavera, alioquin satis superq; in xvi plusquàm unius durationem adornata, ac per id duritiem perpetuò solidiorem acquisitura,

E
turpiter

turpiter relicta non adeo, sed omnino corruptioni fuerint tradita. Præterea, quod ad condituram Comitis Hautreppe; voluit de Bils in eo etiam prospicere famæ suæ, veram istius, historiæ summam paucis exarando, quæ ita habet. Dicitur Comes Testamentum suum condi jussit, idemque postmodum per Codicillum obfirmari; jussitque seriò utrobique, ac speciatim per Codicillum, Cadaver suum de Bils ut contra interitum modo non omnino vulgari, sed isto sibi peculiari, nec cuiquam hæctenus cognito præmuniret, adornaretque: id quod videre est in extracto ejusdem Testamenti pariter ac Codicilli, ut & sententiæ, ac cæteris confirmandæ huic veritati insuper additis, ætatisque probationibus. Cæterum Comes quamprimum Lovanii sit, premium obierat diem, Procurator Generalis (cui nomen van Gent) qui etiam Comiti ab Officiis erat, circa horam decimam vespertinam Bilsium convenit, id temporis Bruxellis commorantem, petiitque nomine hæredum ipsius Comitis, cadaver ejusdem ut condiendum susciperet, quod ille renuit, tanquam aliis iisque negotiis distractus, quæ se Lovanium secedere non permittebant; sed insistebat Patronus, ni se exorari pateretur, fore ut per Comitem Wacken, (quem inter amicos ac familiares numerabat Excellentissimus Marchio de Caracena) ad idem præstandum compelleretur, nec possit ullo modo id (satis honestè) subterfugere. Ita tandem permotus de Bils assensit iteratæ petitioni, quælitque, quem verò modum, aut qualem omninò condiendi methodum intendant memorari hæredes, præsertim, quum conditura sibi peculiaris at minime vulgata nihilominus, quàm sex florenorum millibus veniat compenlanda; Ad quod Procurator, sibi istà super re cum D. Vaas Advocato, adjunctoque Testamenti executore postridie communicatis consiliis deliberandum respondit: Quo facto, non potuit hic adduci, ut assentiretur tam grandibus impensis, nec tamen abduci faciliùs ab istà, [quam conceperat, tanquam debitam Comiti] methodo condiendi soli Bilsio peculiari: Aiebat porrò D. Comitissam Wacken, Comitissam Hautreppe Germanam, Lovanii morari, cum illà rem ultra excussurus, nec quicquam dubitans, de Bils quin tam prodigæ facile petitioni renunciet. Hinc ipsum in ædes defuncti perducit, ubi diversi intererant Med. Doctores atque inter illos, Doctor Dordix Professor pluries memoratæ Universitatis, conductisque in cubiculum Comitissæ, Testamentum reclusum prælegitur, ex quo palam sit, voluisse Comitem Hautreppe peculiari Bilsio methodo ab eodem condiri: Adeoque ipse denuo rogatus de pretio, institit priori petitioni. Quapropter Advocatus eadem vespèrà, rhedâ vectus properat ad Doctores Theolo.

giã pariter ac juris-prudentiã in Lovanicensi Univerſitate, juncta utrorumq; conſilia implorat ac judicium, quod tandem, (circa ejusdem noctis medicum) eo recidit; quod diſſecandum foret Cadaver Noſtri Comit̃s, ad indagandam, [præſentibus Med. Doct̃oribus] morbi, qui ipſum jugulaverat, longiſſimi ac diuturni cauſam: Poſteã condiendum per Biſſium, in paucos ſolummodo dies vel hebdomadas, modo tantũ vulgari, ac ſumptibus (quantum poteſt) modicis. Poſt longas rixas contentionesque, ſiquidem de Biſſi pro diſſecando cadavere centenõs poſtulabat imperiales; tum inſuper alios centum, pro applicandis (ſi ita Advocato viſum foret) Aromatibus, cæterisque ad id requiſitis (à pharmacopœo comparandis) ſuffarciendisq; cerebri, oculorum, interiorumque viſcerum cavitatibus; convenit tandem inter ipſos de pretio, pactusque eſt de Biſſi trecentos florenõs: Adeoque Comit̃em metho do non quidem iſtã ſibi peculiari, ſed ordinariã ac proſus vulgari condiendum ſuſcepit, tantumque in dies aliquot, (uti voluit Advocatus Vaas) ſc. dum ſepulchralia ipſius adõrarentur, ac conde-
rentur buſta. Omnes hæcẽ machinas hic homo moliebatur inſtruebaturque per abſentiam D. Ducis Bourneville ac Comit̃is Wacken, ut probẽ conſcius adverſiſſimas iſtas eſſe ſupremã voluntati ac Teſtamẽto Comit̃is Hautreppe; quippe quod non tantũ ipſe condiderat, ſed præterea iterato præleũum audierat: at non alio fine, quã ut Biſſium legato à Comit̃e pro ſingulari, quam intenderat, conditurã ipſi designato fruftraretur. Voluerat inſuper Comes, poſtquam Balsamo conditus foret, Cucullum indui Ordinis Capucinorum, atque in choro templi eorundem manus pariter ac pedes, cum facie, nudus locari, publicẽ ac palam ſpectandus: ſicuti factum eſt. Verũ poſt, quum ſpargeretur Biſſium Comit̃is Hautreppe cadaver metho do neuti-
quam vulgari, atque in annos centum & ultra conſervandum, condiſſe; ipſe haud difficulter intellexit, hæc omnia in contemptum peculiariſ ſui artificiũ apparari; quumq; inſuper reſciviſſet Comit̃em Teſtamento juſſiſſe, Cadaver ſuum Biſſio in omni ævi durationem inſtruendum, ac Balsamo condiendum mandari, judicavit non aliter ſe poſſe proſpicere nomini ſuo atque exiſtimationi, quã ſi prænominatos contra Teſtamenti executores, coram Senatu expoſtularẽt, quò per hunc ipſi juberentur promerẽ Teſtamentum Comit̃is Hautreppe, eã parte ſaltem, quã ſupremam illius voluntatem circa cadaveris ſui condituram contineret. Quo viſo, conſtitit illam hunc voluiſſe proſus extraordinariã, quã ſcil. ſoli Biſſio propria erat, & non aliam. Ipſe igitur litem movere neceſſariò opus habuit ac dicam ſcribere memoratis executoribus, petiitque, hiſce

Curia ut per sententiam injungeret, Cadaver Comitum modo tantum vulgari jam ante à se conditum protinus sibi restituant, quò nunc suà demum methòdo id perficiat; missis licet cerebro, oculis ac cæteris visceribus, ut quæ dudum sepulta computruerant. Atque hæc quidem planè constant singula per sententiam. hisce simul annexam, quò Lectorem remittimus. Proin nunc luce meridianâ clarius est, quàm falsò pariter ac malitiosè spargatur illud, quod de quinis istis, itemque Comitum Hautreppe Cadaveribus à Bilsio conditis passim circumfertur, adeoque sinistris super istâ re quorumvis seu præconceptis forsitan opinionibus id se sperat satisfecisse: Quin (si quid secus) non tanquam artificium suum venditet, sed ut rei (quam profitetur) infucatam veritatem Universo orbi probet; offert se, ad quodvis Cadaver (dummodò id rogatus à Rege, Principe, Re Publicâ seu quibusvis potentioribus) cum omnibus suis visceribus, cerebro, oculis &c. separatisque à se invicem venis, arteriis, nervis, musculis cæterisque omnibus & singulis condiendum adornandumque prorsus atque fuere illa, quæ olim sæpius memorata Universitati tradita, hinc à D. Marchione de Caracena non semel ibidem spectata, ac tandem à D. Gutschoven mox subsequenti scripto delineata sunt, etiamnum suscipere paratissimus est.

Actum Haga-Comitum 4. Aprilis 1668.

Subscriptum erat
LUDOVICUS DE BILS, de Coppensdamme.

*Extractum è Testimonio Doctorum Med. Bogardi & Bandens
praxin exercentium Brugga 6. Octobr. 1665.*

AC quandoquidem facultates Theologiz ac jurisprudentiz neglexerant multa diversimode prætexentes satisfacere mandato Regiz Majestatis, locum Cadaveribus Balsamo conditis designando: factum est, ut (magno nostro damno) nullas super istis institutiones sive à D. Gutschoven, seu prænominato de Bils usque Aprilem anni sexagesimi & septimi acceperimus, non obstantibus plurimis sollicitationibus dictum locum pro Cadaveribus obtinendi gratiâ à facultate Medicâ institutis.

Actum Brugga 6. Octobr. 1665.

Eratque subscriptum
Franciscus van den Bogaerde & Johannes Bandens,
Con-

Concordat cum Originali, collatione factâ per me Simon vander Kuyl,
Not. Publ. Sluz in Flandriâ, 10. Octobr. 1665.

Testimonii ergo

ac subscriptum erat

S. V. Kuyl. Not. Publ.

Extractum è Testamento Domini Ludovici Caroli à Templis Brabantini, Comitis Hautreppe &c. (pia memoria) dato 28. Novembr. 1663. In quo, (præter alia) habetur id, quod sequitur.

EGO Ludovicus Caroli à Templis Brabantinus commendo animam meam in manus Domini nostri: reddens cadaver terræ, eligensque sepulturam in Templo Sancti Goulen, choro Sanctiss. Sacramenti Miraculorum, ac Busco Parentum meorum; (quibus Deus sit propitius.) Volo ipsorum utriusque reliquias ut colligantur, ac seorsim reponantur in capulo plumbeo, cui insculpantur vel iclâ imprimantur eorundem insignia: Quemadmodum in alio loculo, similiter plumbeo, cadaveri meo (antea Balsamo condito) adornando, itidem Nostra. In quem finem extruatur cella, claudenda desuper cippo ex albo marmore.

Infra scriptum legebatur.

Extractum hoc (collatum cum Originali) cum eodem concordare deprehensum fuit.

Quod attestor

Notar. Regius infra scriptus Bruxellis residens.

Subscriptumque

G. van Gent. Not.

Extractum è Priori Codicillo D. Ludovici Caroli à Templis Brabantini; Comitis Hautreppe &c. In quo (præter alia) habetur hoc, quod sequitur.

EGO Ludovicus Caroli à Templis Brabantinus, Comes Hautreppe, &c. denuo commendans animam meam Deo Omnipotenti: subjungens (secundum antehoc conditâ me Testamenti dictamen &c.) Cadaver meum in perpetuam durationem Balsamo Condiri per Anatomicum de Bils residentem Bruxellis; reddendo ipsi justam ac condignam mercedem.

Infra scriptum erat

Extractum hoc (factâ collatione cum Originali Codicillo) cum eodem concordare deprehensum est.

Et subscriptum

Quod attestor

P. van Gent. Not.

D. L. U.

E 3

D. LUDOVICUS DE BILS
SUPPLEX CONTRA

*D. Ducem Bourneville & Advocatum Vaas tanquam Executores
Testamenti D. Comitis Hautreppe; pia memoria.*

Rescribentes.

Visum in Senatu sua Majestatis Delegato in Brabantia.

CAusa Prænominatorum litis Contestantium quando quidem hâc co-
gram Curia Communicatim instructa est ad iteratam usque rei defen-
sionem simul absolutam, secundum petitiones ac libellum prædicti suppli-
cis Curia oblatum 14. Martii 1664. tendentem ad hoc, ut hæredes sive exe-
cutores junctim ac seorsim, tum omnes, quorum quovis modo intererat,
jubeantur ac (si opus foret) condemnentur pati, ut Cadaver D. Ludovicî
Caroli à Templis Brabantinis (piæ memoriæ) per supplicem in omni ævi
durationem Balsamo condiatur: proin id absque morâ in locum, quem
ipse ad hoc designet, curêt transportandum, atque adeò mercedem sibi de-
bitam persolvere, jam nunc palam notam, quemadmodum etiam ipsi fue-
rat defuncto: Ac si fortè communicatio incidat, [quum adeò plana res sit,
ac periculum in mora] jubeantur (sub pœnâ) adversarii intra breviam ad-
modum intervalla, (ad summum) bis viginti quinque horarum responde-
re: Curia ut insuper supplici adjudicet suam petitionem ac simul mille (ad
minimum) Ducatonum (expensarum ergò, quas facere oporteat) persol-
utionem, saltem fiduciarium: Perpensis omnibus; Curia pronunciat;
quod peractâ jam nunc per supplicem Cadaveris Domini Comitis Hau-
treppe (piæ memoriæ) modo defuncti conditurâ, atque id ergò factâ solu-
tione ter centum florenorum, tanquam mercede supplici debitâ (cujus
adeò mentio facta est in Responsio scripto Rescribentium) iidem Rescri-
bentes hoc ipso satisfecerint; adeoque omnis super re præsentis litis con-
tentio cessat: Compensans expensas propter rationes.

Pronunciatum Bruxellis 23. Maji 1664.

Subscriptum erat

De Court.

Loco

Marselle.

TOBIÆ

TOBIÆ ANDREÆ

Phil. & Medicinæ Doctoris hujusque in Almâ
Electoralî Viadrinâ Professoris,

BREVE EXTRACTUM ACTORVM

in cadaveribus Bilsiana methodo à se balsamatis ad ca-
piendum experimentum, quamdiu absque putrefactione sub-
sistere & ad dissectionem apta existere possint.

Experimentum primum.

In talpula adhuc nuda & ex nido exempta.

Hanc Anno 1676 die 19 Aprilis styli veteris integram seu non dis-
sectam balsamare incepti, & ita per octo circiter hebdomadas ad
optam dissectionem præparare, ut tandem primam in illâ anatomen die 10
Junii instituerim, atque in eâ posthæc, prout vacabat, aut ær satis serenus
erat, pro libitu perrexerim. Institui igitur anatomen alteram 11 Junii.
Tertiam d. 15 Junii ejusdem. Quartam & quintâ d. 9 Julii. Sextam d. 10 Julii
ejusdem. Septimam d. 28. Julii. Per quam quosdam ductuum urinariorum
rectâ viâ ad vesicam tendentium puto me satis certò invenisse. Octavam
d. 15 Decembr. Nonam d. 22 Dec. Atque ita à 10 Junii ad 22 Decembr.
h. e. per viginti octo hebdomadas continuatâ sectione, idque intervallis
subinde magnis interjectis, ne hilum putredinis animadverti, sed (quia
æstas satis fervens & sicca fuit, hocque subjectulum in cellam aut locum
alium frigidum recondere nolui at solùm in umbram reponere, quoties
ab anatome destiti, sectiones verò ad radios solares quantum licuit institu-
ere, ut eò melius quid calor & lucis perferre valeret animadverterem) sen-
sim exsiccatum quidem est atque colorem mutavit, at tamen non ita quin
ultra has 28 septimanas potuissem in sectione pergere, si illud humectare
voluissem, uti videbimus id in alio subjecto me tentasse. Reliquias hujus
subjecti in mumiam converti.

Experio

In aviculis, quas hic locorum vocant *Eiden-
schwänshen.*

ANno 1675 die 6 Decembr. par talium avicularum accepi mortuum. Tentare igitur volui in hoc, quid vis balsamationis meae prestare possit, si integras seu non deplumatas, neque apertas illas, balsamarem. Quia enim *Bilsius* nondum experimentum fecerat hujus, uti nec etiam quidnam in animalibus, non evulsis pilis, nec iisdem excoariatis, valeret; imò de successu dubitaret, ego in methodo balsamationis quaedam quae serupulum quoad hoc injicere possent immutavi, atque bono cum Deo periculum feci, successum non minus sperans felicem. Nempe utramque balsamare meamethodo incepti, & post decursum septem hebdomadam, qui in 23 Januar. Anni 1676 incidit, scemellam assumsi, atque inventa alia methodo, qua vestigia prioris balsamationis ex plumis excuterem, observavi 1. Pennas & plumas aequè ac prius firmiter & in suo ordine naturali carni insertas esse. 2. Colorem pennarum & plumarum eundem permanuisse. 3. Plumam & pennam aequè ac prius explicabiles esse. 4. Carnem plumis substratam mollem ac si recentem esset mortua. Attamen quia vestigia prioris balsamationis hac methodo non tam exactè excussa erant, ut non accuratior oculus quaedam adhuc observare posset, parum rursus in hac methodo immutavi, & voto meo in totum potitus sum. Alteram aviculam, quae mas est, eadem methodo tractatam, & se tanquam jam jam mortua esset habentem, ita integram per aliquot hebdomadas reservavi ac postea in mumiam, levidens solum modo, converti, post exactas à die quae illas accepi septimanas octo & duos dies, ut viderem quousque subsistere posset, & quanto plus operis & sumptuum faciendum esset, aut an omnino tantum operis & sumptuum impendendum sit, quantum *Bilsius* in cadavera hominum & similia impendebat, si non diu subsisteret. Et haecenus quidem quaedam in illo mutata sunt, quae puto in alio experimento facile impediri posse, satis tamen bene se hucusque adhuc habet. Ad sectionem vero scemellae demum perrexi primo die 6 Febr. i.e. septimanis decem & diebus quatuor à 6 Decembr. elapsis. Alteram ejus anatomen institui die 18. Febr. Tertiã die 29 Febr. Quartã d 1. Martii. Quintã d 3. Martii. Sextã d 4. ejusdem. Septimã & Octavã biduo sublequente, nonã denique d 8. ejusdem Martii mensis. Quò cum pervenissem, Berolinum

rolinum mihi eundum fuit, ideoque utramque aviculam mecum tuli & præter alios V. Cl. *Elsholtzio* & *Mentzelio*, Serenissimi nostri Archiatris, contemplandas exhibui, & quàm dissecabilia omnia essent, in illâ quam dissecare inceperam, ostendi. In altera autem, quàm decorè omnia existerent, ut nulli non esset agnoscendum, illam se, ac si eo momento mortua esset, habere. Ad anatomen igitur ulteriorem, expeditis quæ Beroloni mihi expedienda erant, demum redii, atque institui *decimam die 31 Maji. Undecimam d. 14. April. Duodecimam d. 15. April.* quâ tria exigua ovula ex ovario dextri lateris exemi. *Decimam tertiam d. 29. April. Decimam quartam d. 1. Maji,* quâ ex ovario sinistri lateris itidem ovula similia exemi. *Decimam quintam, d. 2. Decimam sextam d. 3. Decimam septimam, d. 5. Decimam octavam d. 18.* ejusdem Maji. Reliquias hujus aviculæ in mumiam converti, quæ dum hæc scribo (nempe d. 5 Decembr. anni 1676) se etiamnum optimè habent. Continuata igitur fuit hæc dissectio, per intervalla instituta, usque ad finem decimæ tertie hebdomadis.

Experimentum tertium.

In Piscibus, Lucio & Perca.

ANno 1676 d. 25 Mart. st. v. hos duos pisces integros & cum squamis suis balsamare incepti & post finem octavæ septimanæ, balsamationis vestigia ex pinnis expuli, & tandem *in lucio, primam sectionem d. 27. Maji institui,* omniaque ita recentia inveni ac si eâ die mortuus esset: *alteram d. 31. Maji.* Quâ finitâ, anatomen *perca* suscepi, atque illam ad eum finem, quem intendebam, perduxî, quo pacto septem sunt consumptæ septimanæ. Quo tempore *lucius* hic in libero & calido aëre relictus planè exsiccatus fuit. Attamen quia judicabam ex natura piscium, quod forsitan non foret multum noxium, si aquæ immergerem, ut viderem, an rursus ut prius dissecabilis fieret, immerfi eum & successit hoc satis ex voto. Attamen quia in *perca* anatomen prius absolvere volui, hunc *lucium* ad tempus aliquod rursus balsamavi, & finitâ anatome *perca*, tandem perrexi in *lucio* instituire *Tertiam die 11. Augusti. Quartam die subsequente; Quintam & Sextam d. 21 & 22 ejusdem mensis. Septimam & Octavam d. 28. & 29. ejusdem Augusti. Nonam d. 4. Septembris.* Quâ peractâ, reliquam carnem hujus *Lucii*, absque tali præparatione ad mumiam, qualis in aviculis facta fuit, adhibitâ, soli tantùm exsiccandam exposui, & nihilominus hæc dum scribo, putrefactionis speciem nondum ostendit. Continuata igitur fuit hæc anatome in *decimam quintam usque hebdomadem.*

F

Perca

Perca autem anatomen primam demum incepti d. 3. Junii, h. e. initio undecimæ septimanæ à primâ balsamationis die. *Secundam* d. 19. ejusd. *Tertiam*, *quartam* & *quintam* d. 13. Julii & biduo subsequenti. *Sextam*, *septimam* & *octavam* d. 17. Julii & quatruiduo insequenti. Carnem hujus *perca* itidem ut *lucii* solummodo radiis solaribus exsiccandam reliqui, quæ etiamnum, dum hæc scribo, satis benè se habet. Estque hæc quidem magis solida quàm *lucii*; at hoc ex eo esse judico, quòd non uti *lucium* (de quo superius id dixi) aquæ immerferim. Per septem itaque hebdomadas hæc anatome fuit continuata.

Experimentum Quartum

In utero canino.

Hunc ex canicula resectum, à discipulo quodam meo accepi, qui putabat caniculam hanc ante tres aut quatuor septimanas coivisse; & videbatur etiam in quatuor cellulis initium imprægnationis adesse. Accepi autem eodem anno 1676. d. 8. Julii, postquam per unum aut alterum diem jam ex caniculâ resectus esset, & illum statim balsamare incepti: ad anatomen autem primam demum assumere potui d. 30. Septembr. hoc est, initio decimæ tertix septimanæ à primâ balsamationis die. *Secundam* die 2. Octobr. institui. *Tertiam* d. 5. Octobr. quæ etiam vias urinarias rectiores ad vesicam inveni. *Quartam* d. 31. Octobr. ejusdem. *Quintam* d. 18. Novembris. Quoniam verò circa hoc tempus mutatio hospitii instabat, & idcirco diu anatome neglecta, hoc subjectum in hypocaulto calido planè exsiccabatur, illud rursus balsamare placuit, si fortè postea, cum rursus planè mei juris ero, in illo pergam & quid notabile adhuc inveniam. Continuata tamen est hæc anatome jam ad finem usque septimæ hebdomadis.

Experimentum quintum & sextum fuit.

In ovis gallinarum tum exsectis, tum exclusis.

Balsamatio quidem eorum per octo hebdomadas protracta, at examen partium illorum per dies solum paucos institutum. In his tamen etiam hæc & illa notabilia observavi.

Expe-

In utero ovillo cum exiguo embryone.


A Nno 1676. d. 27 Nov. pharmacopœus mactans oves, in unius utero foetum jam satis perfectum invenit, quem integri exemit; observansque in alterius utero etiam embryonem contineri, incisionem in uteri orificio fecit, atque ita extra uterum, rudimentum foetus adhuc in suo colliquamento natantis, produxit. Hæc cum mihi ostendisset atque petenti concessisset, utriusque balsamationem eadem die suscepi, illamque usque ad Anni 1677. d. 26 Januar. hoc est, per septimanas octo & quinque dies, protaxi. Hæc finitâ, equidem inveni utrumque ad anatomen benè esse dispositum, at quia tantum temporis mihi non supererat, ut anatomen utriusque cum delineatione accuratâ (quæ temporis non modicum consumit) simul susciperem, placuit foetum istum perfectiorem, quibusdam prius experimentis in eo factis, in mumiam (methodo, tentandi gratia, aliquo modo mutata) convertere. Uterum verò ovillum cum embryone ex illo, in involucris suis propendente ad manus sumsi, & quia tunc solito magis vacabat aërisque serenitas favebat, integros ferè dies (quamdiu scilicet lux Solis sufficiens erat) in illius anatome, & eorum quæ videram delineatione, consumebam, ut sex dierum spacio quicquid notatu dignius esset conspexerim. Pergere equidem potuissem, & uteri ipsius substantiam vel ad filamenta minima separare, sed quia appropinquabat tempus, quo experimentum octavum, quòd, ut specimen aliquod notabilius, publico destinationam, aggrederer, reliqua non tantopere curabam.

Experimentum Octavum

In infantulo paucarum horarum.

A Nno 1676. d. 19. Decembr. oblatis sunt gemelli, masculus & foemella, qui jam ante decem dies, paulo postquam sacro fonte tincti, fuerant mortui; sed quia intensissimum erat frigus, à putredine notabili erant conservati. Inhumati autem jacuerunt ob id, quòd paupercula mater ut stipem peteret in pagos se contulerat, hospiti suo his suis gemellis relictis, qui eos ad R. D. *Clementem Brechtium*, primum ministrum Nicolaitanæ ecclesie Francofurti ad Viadrum, detulit, ut sicuti illos in Ecclesie matris gremium vivos reposuerat, ita jam mortuos terræ matris gremio mandari juberet.

beret. Hujus igitur beneficio, acceptis his gemellis, scemellam, quæ videbatur in partu ipso labem hinc inde accepisse, eadem die & paucis sequentibus, coram prælaudato viro & studiosis Anatomiz dissecui; at masculum, qui melius se habere videbatur, eadem die ballamare incepti. Cùm verò octava balsamationis septimana effluxisset, sectionem illius d. 22 Febr. hoc est, tertia die septimanæ decimæ à primâ balsamatione, & sexta die septimanæ duodecimæ à morte infantuli coram prælaudato viro aliisque orsus sum. & in illa, coram iisdem usque ad festum Paschatish. e. in septimanam octavam, sectiones continuavi, idque vel in hypocausto calido, vel ad radios solares. Peractâ hac anatome, infantulum hunc in lignea cistula usque dum octo aut plures dies à canicularibus exspirâssent, quiescere permisi, nec ullum aliud contra putrefactionem (si qua metuenda esset) remedium adhibere volui, nisi hoc ut cistulam illam in locum aliquem musei mei, ubi umbra continuè erat, reponerem. Animus enim erat observare, an & quo modo putrefactio quædam ei superveniret. Quia igitur nihil omnino hujus circa hoc tempus observavi, & jam subjectulum hoc valde siccum erat, illud planè in mumiam converti, quæ licet non multum operis & sumtuum efflagitarit, spero tamen perquam durabilem futuram.



SAMUELIS ANDREÆ

Epistola ad

TOBIAM ANDREÆ

DE

BALSAMATIONIBUS
VETERUM

Seu modo & ritu condiendi cadavera
apud Veteres,

V. C.

V. C.

D. TOBIÆ ANDREÆ,

Medicinæ Doctorei ejusdemque in Alma Electorali Viadrinâ
Professori celeberrimo, Patrueli
conjunctissimo,

S. P. D.

SAMUEL ANDREÆ.

Ero tandem morem voluntati Tuæ & amico desiderio, quo antehac, ut, si quid mihi de balsamationibus (licet sic loqui Tecum) observatum esset in antiquitate, pro re natâ communicarem, amicè instabas. Quamvis enim norim quàm sit mihi curta supellex, nec diffitear, aliorum scriinia compilare speciem quâdam plagii literarii esse, de quo nuper *Thomasius*, Professor Lipsiensis, pluribus ex professo egit: malo tamen periculum subire judicii temerarii quàm non stare promissis, præsertim cum is demum sit fructus lectionis cujuscunque, ut quid inde queas, prout usus fert, decerpere, & argumento quod præ manibus est tractando, accommodare. Quo nomine minimè inculcandi vel plagii, vel negligentix in proferendis aliorum dictis, qui per quos profecerint apertè profitentur, atque alienis laboribus tum utuntur, ubi de suo nil melius possunt adferre, maximè quando de ejusmodi argumento disquiritur, quod fide testium est confirmandum. Potuisssem autem hâc scriptione publicâ abstinere, (unde fortè notam falcis in alienam messem missæ incurram) nisi tanti fuisset publicè profiteri, me dolere vicem Tuam, qui cum privatâ industriâ operari incumbas ad humani generis commoda pertinente, non absque valedudinis detrimento & rei familiaris, dum sumptus in experimenta facis, dispendio: necdum tamen reperisti qui Te sublevent, aut dignum labore præmium rependant. Sed hic Te ipsum commodis Tuis oblituisse, mihi videor observasse, qui arcanum illud condiédi cadavera & à putredine conservandi, à *Bilsio*, Anatomico celeberrimo, acceptum atque variis tentaminibus ad majorem perfectionem excultum, hætenus Tecum servasti: Vel potius fortunis Tuis intercessisse fata, partim obitu *Bilsii*, partim & præcipuè incendio illo motuum bellicorum, quæ Te *Sylvam Ducis* relinquere

linquere coegerunt, cum maximè in eo esses, ut, post editum publicè, in theatro Sylvæ Ducensi, specimen, fructum caperes laborum. Benè tamen est quod in portu aliquo appulisti & cathedræ redditus in Academia incliſta, ubi sub auspiciis MAXIMI PRINCIPIS doces, cujus non minima virtus est, fovere conatus honestos & inter arma quoque ad literas respicere. Neque dubito, quin, ubi operam dederis ut isti Tui conatus magis innotescant, sive REGIÆ SOCIETATI ANGLICANÆ, sive ACADEMICORUM CURIOSORUM per Germaniam collegio, inventurus quoque sis patronos plures, quæ cum communices istud secretum, ne Tecum intermoriatur. Aut ubi visum fuerit Deo, reddere Belgio fœderato quietem, habebis ibi qui iusto ære redimant arcanum, magni in Medicina Vestra potissimum usus, ad detegenda, beneficio sectionis incruentæ, etiam minutissima cadaverum, & ostendendos ductus varios, qui multorum Anatomicorum oculos hætenus effugerunt, aliæque quæ Prof. Lovaniensis *Gutschoven* in sua declaratione supra p. 25. expoluit. Licet enim *Bilsius*, quoad in vivis fuit, multos habuerit antagonistas, & hos inter quoque Magnum *Bartholinum*, quem in Epistola quadam, ad *Sassium* Medicum Roterodamensem, nisi fallor, edita, potissimum ipsi objecisse memini, quod quæ in figuris ostenderet seu schematicis sectionum anatomicarum, non posset in ipsis cadaveribus demonstrare: ab obitu tamen ejusdem *Bilsi*, cujus Tu locum imple, livorem quevisse arbitror. Accessit & alia causa scribendi ad Te publicè, ut hæc eo lubentius legeres & facilius dijudicares. In quo secutus sum judicium *Academia Gallica*, quæ ut membra hujus eo commodius possent examinare ideam illius erigendæ, hanc voluit clam typis excudi, & exemplaria inter examinatores distribui, ut mens minus occupata legendo, ad judicandum eo liberior esset, prout autor anonymus *Relationis de Acad. Gallica* pag. 20. refert. Quod si & Tu probas, habeo quod censoribus opponam, qui hanc descriptionem publicam mihi vitio vertent, defendendam facile virorum clarissimorum exemplis, nisi & hoc ipsum pars criminis foret, horum vestigiis quadantenus instiſſe, quorum malo negligentiam quàm aliorum obscuram diligentiam imitari. Ut ergo ad rem deveniam, quamvis *mumia* vox (quomodo solet cadaver exsiccatum, certâ ratione conditum & corruptionis ex pers. vocari) Persica sit, notante *Kirchero* *O Edipi Aegyptiaci* Tom. 3. pag. 396. tamen constat apud omnes, Aegyptiis hunc cadavera condiendi ritum deberi, quippe etiam in sacris memoratum, Mosis antiquissimo scriptori *Gen. L. 26.* ubi de cadavere Jacobi & Josephi agit. Nam quod *Parricides* Patriarcha

patriarcha Alexandrinus in Chronico suo narrat, Adamum ipsum testamento
 filijs suis praecepisse, ut ab obitu suo corpus suum myrrha, thure & cassia condi-
 tum in spelunca abdit a ponerent, prout Hottinger. smegm. orient. pag. 216. &
 ex illo Heidegger. Histor. Parr. arch. Exerc. 4. §. 73. observant; id nimis
 audax commentum est. Nos gloriam hujus inventi Aegyptiis relinque-
 mus, quorum istam consuetudinem inter alios veterum fusè descripsit He-
 rodotus lib. 2. cujus narrationem παραρρασιωὶς deducit Athanasius ille
 Kircherus in stupendo opere OEdipi Aegypt. tom. 3. syntagmate 13. quod est
 de mumijs cap. 3. §. 1. & pluribus circumstantiis ex Diodoro Siculo imprimis
 explicat Tom. 1. ejusd. OEdipi synt. 2. cap. 2. pag. 123. Utrumque audire ju-
 vabit istum condiendi modum Aegyptiacum describentem. Herodotus qui-
 dem l. c. sic fator. Sunt certi ad hoc ipsum constituti, qui hoc artificium faci-
 tant: qui, cum ad ipsos cadaver portatum est, ostendunt eis qui portaverunt,
 exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata. Et eorum unum accu-
 ratissimè fabricatum esse ajunt (cujus ego nomen se nuncupavero, haud fa-
 ciam sanctè) alterum illo inferius & vilioris pretii, tertium, vilissimè. Qui-
 bus expositis, sciscitantur ab iis ad quod exemplum velint effingi mortuum
 suum. Isti ubi de pretio convenerunt, illinc abeunt. At hi relictè in adibus
 hunc in modum diligentissimè condiunt corpus. Ante omnia incurvo ferro
 cerebrum per nares educunt, ut quanque partem educentes, ita locum ejus
 medicamentis explentes. Dehinc acutissimo lapide Aethiopico circa illa
 conscindunt, atque illac omnem alvum protrahunt. Quam ubi repurgarunt
 & vino Phoeniceo eluerunt, rursus odoribus contusis prolununt. Tum alvum
 complentes contusâ myrrhâ purâ, & cassiâ & alijs (excepto thure) odoribus,
 iterum consuunt. Ubi hac fecere, salunt nitro abditum septuaginta dies.
 (Kircherus habet: Salunt nitro abditum septuaginta dies: cum tamen in
 Græco sit: ταρχεῖσσι ὑπὸ τοῦ κρῦταρῆς ἡμέρας ἐβδομήκοντα) Nam diutius
 salire non licet. Exactis septuaginta diebus, cadaver, ubi abluerunt, sudone
 byssina totum incisis loris involvunt gummi illinentes: quo Aegyptii glutinis
 loco plerumq; utuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem
 faciunt, in quâ mox inserunt mortuum, inclusumq; ita reponunt. Eos au-
 tem qui mediocritia volunt, nimium fugientes, sumptum ita apparant. Cly-
 sterem unguine quod è cedro gignitur complent: deinde ex hoc alvum morti,
 ipsam neque scindentes neque extrahentes, sed per secessum, prehensio via poste-
 rioris hiaru, infererunt: & tot quot dixi diebus sale condiunt. Quorum die-
 rum ultimo cedrinum unguen, quod prius ingesserant, ex alvo egerunt, quod
 tantam habet vim ut unâ secum alvum atque intestina tabefacta educat. Ni-

nium

trum autem carnes tabefacit, mortuiq² tantum cutis & ossa relinquuntur. Ubi ista fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negotii suscipiunt. Tertia conditura haec est quâ adornantur eorum mortui. Qui tenuiori sunt fortuna, ablutionibus ventrem abstergunt, arefaciuntque sale (septuaginta per dies, deinde tradunt reportandum. Hæc Herodotus. Nunc verò etiam Diodorum Siculum audiamus. Is l. i. c. 5. de Aegyptiis loquens sic inter alia scribit: Sepulchrorum tres habebant species, sumptuosas, mediocres & humiles. In prima, argenti talentum exponebant, in secunda, minas viginti, in ultima pauciores sumptus fiebant. Qui funera mortuorum curabant, eo exercitio à majoribus tradito, funeris impensam domesticis descripiari ferebant, scrutantes, quanti vellent celebrari funus; conventionem facta, corpus ejus tradebatur, ut juxta impensam curaretur funus. Primus Grammaticus (ita enim appellatur) posito humi corpore, signum circa ilia describebat, quantum à sinistra parte incidere: Deinde qui dicitur scissor habens lapidem Æthiopicum, quantum lex sinebat, latus aperiebat, subitoq² cursu à perssequentibus, qui astabant, lapidesque cum execratione in eum jacentibus, fugiebat. Existimabant enim odium inharere, quicumq² amici corpus vulnerare illato violaret. Curatores verò corporis, hos salutores appellant, honore existimationeque digni habebantur. Versantur enim cum Sacerdotibus (in Kircherò mendosè est utebantur) templaq² pariter ingrediebantur. His penes eadaver astantibus, unus per scissuram corporis interiora præter renes & cor educebat; quæ singula alter vino Phœnico è rebus odoriferis lavabat, deinde corpus totum primum è cedro, tum aliis pretiosis unguentis ungebant dies amplius triginta; myrrhâ deinde atque cinnamomo, ceterisq² rebus liniebant, quæ non solum id servare diuturnè, sed odoriferum reddere valerent. Curatum cadaver cognatis tradebatur defuncti, ita singulis ejus partibus, etiam superciliorum palpebrarumq² pilis integrè servatis, ut omnis corporis species, dormientis more, integra perduraret. Ex quibus Diodori Siculi verbis æquè ac loco Herodoti apparet, qualis istius condituræ ratio quondam apud Aegyptios fuerit, qui cadavera sic condita non solum in locis quibusdam subterraneis & cryptis artificiosè structis (quas Kircher. Syn- tagm. 13. de mumiis c. 4. ex relatione Titi Livii Burattini Architecti Regis Poloniæ & itinerario Petri à Valle describit & celo sculptas exhibet) diligenter servabant, sed & domi secum habebant atque ad posteros transmittabant, ut aspectu progenitorum suorum oblectarentur simul atque ad virtutem incitarentur. Quæ etiam cadavera, non solum in mensas inferebantur, ut mortalitatis convivas admonerent, sed & pignori locabantur,

cur, magnâ debitoris infamiâ nisi solveret, & certâ pœnâ ut sepultura careret, prout hæc ex *Luciano de luctu* & *Diodoro Siculo* rectè probat *Kirchmannus de funeribus Rom. lib. 1. cap. 8.* Quamvis autem hæc condiendi ratio ab Ægyptiis originem traxisse videatur, ad alias tamen quoque gentes transit. Nam apud Judæos obtinuisse, ex funere Servatoris constat de quo *Joh. XIX. 39-40.* Sic tamen, ut exinde simul appareat, citra ullam exentationem aut cadaveris violationem, lotum fuisse hoc, unctum atque involutum ejusmodi tegumentis quæ tincta erant succo aut unguento quod ad conservationem cadaveris faciebat. Hoc enim sibi illa *idōna* volunt, de quibus Evangelista, *ἔθηκεν αὐτὸ ἐδοξοῖς μετὰ τῶν ἀρωμάτων.* Nec alia fuerunt illa Lazari lintea, nempe *νεπίαι* & *σέδαγιον*, quibus involutus prodiit è sepulchro. *Joh. XI. 44.* ut *Petrus à Valle* benè conjecit. De Græcis & Romanis idem probat *Kirchman l.c. 6. 7.* ut & de Christianis indefinitè ex *Tertulliano*, *Clemente Alex.* & *Minutio Felice cap. 8.* De Italis verò alisque id colligitur per exempla quæ *Zacchias Medicus Romanus Quæstionum Med. legalium lib. 4. tit. 1. q. 10.* ex *Kornmanno* de miraculis & propria observatione recenset, qualia de cadavere Cardinalis Angli quod Romæ in templo S. Cæcilie trans *Tiberim* post annos trecentos inventum undique integrum: de cadavere *Alexandri Tartagni Jcti* quod post annos 150 sic *Bononiæ* repertum: & *Bonifacii VIII. Papæ*, quod incorruptum permansit annis post obitum ferè trecentis. Quæ inter omnem tamen fidem exuperat quod ex *Kornmanno* idem habet, in urbe *Hispaniæ Valentie* post bis mille & supra annorum lapsum repertum fuisse integrum cadaver *Adoniram Servi Salomonis* cum epitaphio Hebraico. Quomodo enim hoc in *Hispaniam* pervenit? nisi dicere velint & illud navigio impositum, atque sic angelorum remigio in *Hispaniam* delatum, quomodo de *S. Jacobo Compostellano* fabulantur. Vid. *Pet. de Natalibus Catalog. Sanctorum lib. 6. c. 133.* Id autem Tuum magis usum spectat, *Patruelis* amantissime, quibus simplicibus in condiendis cadaveribus Veteres fuerint usi, paucis notare. Cùm *balsamatio* dicatur vulgò hæc conditura, videri posset *balsami* præcipuum fuisse usum. Atqui licet aliquis quoque fuerit, uti ex *Inscriptione Hispanica* potissimum, quam *Kirchmannus* citat & in quâ disertè opobalsami fit mentio, planum evadit, alia tamen longè prævaluerunt, ut *sal*, *nirrum*, *cearum*, *asphaltus* seu *bitumen*, *mel*, *cera*, *myrrha*, *gypsus* & *caix*, quæ omnia adhibita fuisse idem *Kirchmannus l.c.* ex autoribus confirmat. *Salis* quidem hîc tantus usus, ut hoc

solo hæc conditura apud Ægyptios intra 70. dies fuerit perfecta, uti ex Herodoto notatum. Nec potuisset Eunapius salita martyrum corpora in Aedesio ridere, nisi sal etiam Christiani hanc in rem adhibuissent. De nitro idem Herodotus auctor est, tantam ejus esse in tabefacienda carne vim, ut mortui tantum cutis & ossa relinquuntur. Unde ossium Josephi sic conditi fit mentio Exod. XIII. 19. quæ Itraëlitæ ex Ægypto secum asportarunt. Cedriini verò unguentis efficacia non solum ex supra dictis constat sed & ex istis quæ Plin. tum lib. 24. cap. 5. de cedri succo, tum lib. 13. cap. 13. de libris Numæ Pompilii Regis Rom. habet, qui post annos plus quam quingentos integri reperti, sic ut adhuc legi possent, quamvis ex charta essent. Causam enim, cur tineæ hos libros non attigerint, hanc ex Hemina reddit, nempe quòd libri fuerint cedrati. Quid autem de bitumine dicemus, cum Job. Nardius Medicus Italus, citante Kircherò Tom. 3. OEdip. pag. 398. post mumias quasdam dissectas, eas solo gummi conditas deprehenderit, quòd nil aliud olerent aut saperent, hujusque vestigia etiam in ipsis ossibus extarent. Sed ut bitumen per intimam corporis substantiam imbibitum, in duram & consistentem substantiam degeneraret, idem Nardius, ad stipulante Kircherò, sic factum existimat. Asphaltum & fluidum bitumen seu naphtham simul in congruo lebete conjuncta fuisse. Quæ ubi igne cogente diffluxissent, bituminoso huic balneo immersum fuisse cadaver in eoque tamdiu maceratum, donec id altè imbibisse conjecerent hunc liquorem. Neque tunc ignem cadaveris adipi aut carnibus pepercisse, quibus liquecentibus, insigne auctarium ardescenti bitumini accessisse. Mitto cætera, mel, ceram, myrrham, gypsum & calcem, & solum noto, mellis usum apud Babylonios fuisse majorem, atque hinc forte cadaver quoque Alexandri Magni isto conditum, licet Hippocentaurus quoque sic conditus ex Ægypto allatus & cadaver Angelipolis Ducis Spartani pariter in melle conditum Lacedæmonem fuerit reportatum: ceræ verò apud Persas: myrrhæ apud Palæstinos: gypsi & calcis apud Æthiopes. Judæos aloën quoque adhibuisse testatur locus Johannis Evangelistæ antea citatus, ubi Nicodemus mixturam myrrhæ & aloës quasi centum librarum legitur attulisse ad funus Servatoris. Idem de Ægyptiis posterioribus Salmasius pertendit, licet nulla ejus apud Herodotum mentio, atque ex Aëtio probat, qui hanc condituram σπύριον vocet, cujus species in eam rem adhibita aloë, myrrha, gummi, sarcocolla, acacia & opobalsamum. Quin & cadavera in oleo condita, argumento est monumentum

mentum Beli de quo *Alian. lib. 13. cap. 3.* cujus cadaver in urna vitrea oleo non penitus repleta jacebat. Ex quibus omnibus jam Tuum erit, Parruelis conjunctissime, factâ collatione cum istis quæ ingenio *Billsii* inventa colligere, utrum methodo admodum diversa in hâc conditura usâ fuerint veteres, & majori sumptuum compendio. Certè postulatum *Billsii*, de sex millibus florenorum, sibi pro condiendo cadavere Comitis Hautrepepe solvendis, immane fuit, cujus tamen forte potior pars in præmium laboris & operæ ob raritatem artis credo fuit petita. Idem de viginti duobus florenorum millibus censeo, quibus & artem, & quinque illa cadavera artificiosè condita, Regi Hispaniarum & Ordinibus Brabantix vendidit. Te arbitror secretum Tuum pretio bis mille imperialium æstimare. Quibus ut aliquando potiaris, voveo. Sed quamdiu hæc arma durant, ubi tot cadavera cælorum computrescunt passim & ærem inficiunt, ubi artes illæ potissimum vigent quæ in perniciem generis humani inventæ, parum habes quod exspectes. Bono tamen sis animo. Labor qui nunc Te occupatum tenet, proderit olim. Neque is talis, de quo scrupulus possit hære, si ad cadavera humana extendatur, cum inter *Casuistas* recentiores facile primus *Vocet. Polit. Eccles. Part. 1. lib. 3. pag. 229.* eum approbet, paucis limitationibus adjectis, quæ Te non tangunt. Ego hac tu multuariâ scriptione amorem meum erga Te volui testari & simul conatus Tuos aliquatenus adjuvare. Quamvis enim hæc mei fori non sint, gaudeo tamen, quoties licet publico de augmentis scientiarum & artium bonarum incrementis gratulari, adeoque cum placuissent illa quæ auctore *Biliso* *Roterodami* erant edita, sponte mea ac lubens operam dedi, ut hîc cum appendice recuderentur à mendis plurimis repurgata. Sed nolui descriptionem quinque cadaverum quæ pag. 26. habetur in calcem historix rejicere, ut fieri debuisset ex ipsius *Billsii* præscripto p. 32. quoniam parum in eo situm, sive illa ante, sive post historiam legeretur. Prout ergo inveni, ita suo eandem loco reliqui. Tu quicquid hujus est opellæ à me impensum, id in eam quam soles partem, id est, optimam accipe, atque porro, Deo benedicente conatibus honestis, strenuè rem, in usum rei *Anatomicæ & Medicæ*, faventibus quibuscunque boni publici amantibus, gere, atque id ut possis, quàm diutissimè Vale. Da

bam *Marpurgi* *Cattorum* a. d. *XXII Martii* *Anni*
MDCLXXVIII.

F I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and is mostly obscured by the paper's texture and discoloration.

FINIS

42 p 512

De balsamationibus veterum.

triarcha Alexandrinus in Chronico suo narrat, Adamum ipsum res
filis suis praecepisse, ut ab obitu suo corpus suum myrrha, thure & cassi-
um in spelunca abdit a ponerent, prout Houinger. smegm. orient. pag.
ex illo Heidegger. Histor. Patriarch. Exerc. 4. §. 73. observant; i-
audax commentum est. Nos gloriam hujus inventi Aegyptiis re-
mus, quorum istam consuetudinem inter alios veterum fusè descri-
rodotus lib. 2. cujus narrationem *παρρησιαστικῶς* deducit Athan.
Kircherus in stupendo opere OEdipi Aegypti. tom. 3. syntagmate 13. c.
de mumiis cap. 3. §. 1. & pluribus circumstantiis ex Diodoro Sculo in-
explicat Tom. 1. ejusd. OEdipi synt. 2. cap. 2. pag. 123. Utrumque au-
vabit istum condiendi modum Aegyptiacum describentem. Herodo-
dem l. c. sic fatetur. Sunt certi ad hoc ipsum constituti, qui hoc artificiu-
tant: qui, cum ad ipsos cadaver portatum est, ostendunt eis qui porta-
exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata. Et eorum unu-
rati sume fabrefactum esse ajunt (cujus ego nomen se nuncupavero, h-
ciam sancte) alterum illo inferius & vilioris pretii, tertium, vilissim-
bus expositis, sciscitantur ab iis ad quod exemplum velint effingi m-
suum. Isti ubi de pretio convenerunt, illinc abeunt. At hi relictī i-
hunc in modum diligentissime condiunt corpus. Ante omnia incur-
cerebrum per nares educunt, ut quanque partem educentes, ita loc-
medicamentis expletent. Dehinc acutissimo lapide Ethiopico ci-
conscindunt, atque illac omnem alvum protrahunt. Quam ubi repa-
& vino Phoeniceo eluerunt, rursus odoribus contusis proluunt. Tum
complentes contusā myrrhā purā, & cassiā & aliis (excepto thure) e-
iterum consuunt. Ubi hac fecere, salunt nitro abditum septuag-
(Kircherus habet: Salunt nitro abditum septuaginta dies: cum t-
Græco sit: *μεγίστοι υίτρον, κρύπτω τὰς ἰνέρας ἐβόρηνovla*) Nam
salire non licet. Exactis septuaginta diebus, cadaver, ubi abluerunt
bysina totum incisis lorīs involvunt gummi illinentes: quo Aegypti-
loco plerumq. utuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneam homini-
faciunt, in quā mox inserunt mortuum, inclusumq. ita reponunt,
sem qui mediocria volunt, nimium fugientes, sumptum ita appa-
strem unguine quod ē cedro gignitur complent; deinde ex hoc alvum
ipsam neque scindentes neque extrahentes, sed per secessum, prehenso
rioris hiara, inferciunt: & tot quot dixi diebus sale condiunt. Quo-
rum ultimo cedrinum unguen, quod prius ingesserant, ex alvo eger-
tant, am habet vim ut unā secum alvum atque intestina tabefacta ead-

